S. Bonaventurae Bagnoregis

H. R. E. Episc. Albae atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PROOEMIUM IN LIBRUM PRIMUM SENTENTIARUM

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp.1-6.
Cum Notitiis Originalibus

St. Bonaventure of Bagnoregio

Cardinal Bishop of Alba & Doctor of the Church

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

FOREWORD TO THE FIRST BOOK OF THE SENTENCES

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp.1-6.
Notes by the Quarrachi Editors.

Profunda fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem.
Iob xxviii, 11.

The depths of rivers He has scrutinized, and things hidden away He has brought to light.
Job 28:11

Verbum istud, quod[1] sumtum est ex Iob vigesimo octavo, diligentius consideratum nobis aperuit viam ad praecognoscendum quadruplex genus causae in libro Sententiarum, scilicet *materialis, formalis, efficientis* et *finals*. Causa namque materialis innuitur in nomine *fluviorum*, causa formalis in perscrutatione *profundorum*, causa finalis in revelatione *absconditorum*, causa vero efficiens intelligitur in supposito duorum verborum, scilicet *scutatus est* et *produxit in lucem.*

That word, which[1] is taken from the twenty-eighth chapter of Job, having been considered more diligently by us, opened the way to foreknow the fourfold kinds of cause in the Book of Sentences, namely, the *material, the formal, the efficient,* and *the final*. For the material cause is signified in the name *of rivers*, the formal cause in the investigation of *the depths*, the final cause in the revelation of *hidden things*, but the efficient cause is understood in the addition of two phrases, namely *He has scrutinized* and *He has brought to light.*

Innuitur[2] causa *materialis* nomine *fluviorum* pluraliter, non singulariter, ut non solum tangatur libri totius materia vel subiectum in generali, sed etiam particularum librorum in speciali. Propter quod notandum, quod iuxta *quadruplicem* proprietatem fluvii materialis quadruplex est fluvius spiritualis, de quo secundum quadruplicem differentiam sunt quatuor libri Sententiarum. Considero[3] namque fluvium

The *material* cause is hinted at[2] by the name of *rivers* in the plural, not the singular, to not only touch upon the matter and/or subject of the whole book in general, but even of the smaller parts of the books in detail. On account of which it must be noted, that just as there is a fourfold property of a material river, so there is a fourfold property of a spiritual river, concerning which, according to their

materialem quoad durationem, et invenio *perennitatem.* Nam sicut dicit Isidorus:[4] «Fluvius est perennis fluxus ». Considero quantum ad extensionem, et invenio *spatiositatem.* In hoc enim distinguitur fluvius a rivulo. Considero quantum ad motum, et invenio *circulationem*. Sicut enim dicitur Ecclesiatis primo:[5] *Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur* etc. Considero[6] effectum, et invenio *emundationem.* Nam fluvius propter aquarum abundantiam mundat terras, per quas currit, ita quod non inquinatur.[7] Et quoniam omnes transferentes secundum aliquam similitudinem transferunt,[8] ex hac quadruplici conditione sumta metaphora, quadruplex in spiritualibus fluvius invenitur, sicut colligere possumus ex Scripturis.

fourfold difference, are the four Books of the Sentences. For I consider[3] the material river in regard to its duration, and I find its *perenniality*. For as Isidore says:[4] The river is a perennial flowing. I consider it as much as regards its extension, and I find its *spaciousness*. For in this a river is distinguished from a rivulet. I consider it as much as regards its motion, and I find its *circulation.* For as is said in the first chapter of Ecclesiastes:[5] *To the place, whence streams go forth, they return* etc.. I consider[6] its effect, and I find its *cleansing*. For a river, on account of the abundance of its waters, cleanses the lands, through which it runs, so that it is not polluted.[7] And since every one speaking figuratively [transferentes] according to some similitude, figuratively speaks,[8] according to the metaphor taken from this fourfold condition, a river is found to be fourfold in spiritual things, as we can gather from the Scriptures.

Primo, propter *perennitatem* dicitur fluvius personarum emanatio, quoniam illa emanatio sola est sine principio, sine fine.[9] De hoc fluvio Daniel septimo:[10] *Antiquus dierum sedit, et fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.* Antiquus iste dierum est Pater aeternus, cuius antiquitas est aeternitas. Iste antiquus *sedit,* quia non solum in eo est aeternitas, sed etiam immutabilitas.[11] *A facie illius antiqui egrediebatur fluvius igneus rapidusque,* id est, de sublimitate divinitatis eius procedebat plenitudo *amoris* et plenitudo *virtutis*: plenitudo *virtutis* in Filio,[12] ideo fluvius erat rapidus; plenitudo *amoris* in Spiritu sancto, et ideo fluvius erat igneus.

First, on account of its *perenniality* the emanation of the Persons is called a river, since that emanation alone is without beginning, without end.[9] Concerning this river in the seventh chapter of Daniel:[10] *The Ancient of Days sat, and a fiery and swift river stepped forth from His face.* That Ancient of Days is the eternal Father, whose antiquity is eternity. That Ancient One *sat,* because not only is eternity in Him, but also immutability.[11] *From the face of that Ancient One a fiery and swift river stepped forth,* that is, from the loftiness of His Divinity there proceeded the fullness *of love* and the fullness *of virtue*: the fullness *of virtue* in the Son,[12] for that reason the river was swift; the fullness *of love* in the Holy Spirit, and for that reason the river was fiery.

---

[1] Auctoritate mss. et ed. 1 in hac propositione substituimus constructionem relativam, addendo *quod* et *est*, pro simpliciori participiali, quam habet Vat. Mox ponendo *aperuit* loco *aperit* sequimur praestantiores ex nostris codd. A B C E G K O R S T W X Y ff aliosque, quo specialiter consuluimus.
[2] Vat., refragantibus mss. et ed. 1, addit hic particulam *enim*; cod. Y adiicit *autem*; praeferimus tamen lectionem aliorum codd. et ed. 1, qui quamlibet particulam omittunt.
[3] Plures codd. ut AG I O T V W Y aa bb *Considerando*,

[1] On the authority of the manuscripts and edition 1, we substitute in the proposition the relative construction, adding *which* and *is*, for a simpler participle; which the Vatican edition has. Then by placing *opened* in place of *opens* we follow the more outstanding of our codices A B C E G K O R S T W X Y ff and others which we have especially consulted.
[2] The Vatican edition, with the manuscripts and even edition 1 opposing it, adds this word *for*; codex Y adds to this *moreover*; we prefer however the reading of the other codices and editor 1, who

qui et deinde propter mutatam constructionem post *durationem* omittunt *et*. Idem recurrit in tribus subinde sequentibus propositionibus. Lectio haec, utpote in se elegantior, non displiceret, si sufficienti numero codd. fulciretur, et si praedicti codd. sibi constarent; at in ultima propositione paucissimi codd. pro hac lectione reperiuntur.

[4] Libr. XIII. Etymolog. sive Originum, c. 24: *Fluvius est perennis aquarum decursus, a fluendo perpetim dictus*.

[5] Vers. 7 — Vat. contra mss. et edd. 1 , 2 , 3, 6, modo activo *dicit Ecclesiates*.

[6] Codd. F M X sibi constantes addunt *quantum ad.*

[7] Vat. *inquinantur*, sed falso, uti exp applicatione inferius facta colligitur, et repugnantibus mass. ac ed. 1.

[8] Haec propositio ex VI. Topic Aristotelis c. 2. sumta iisdem verbis exhibetur in ed. operum Aristotelis impressa Venetiis per Gregorium de Gregoriis expensis Benedicti Fontanae, 1496 et in ed. Parisiensi ab Ambrosio Firmin-Didot, 1878; in aliis vero edd. habetur ita: Omnes enim metaphora utentes secundum aliquam similitudinem ea utuntur. — Paulo post, renitentibus mss. et ed. 1, Vat. male omittit *sumta* ; deinde ponit *fluviis* pro *fluvius*.

[9] Cod. Y ultimam propositionis partem sic exhibet: *in quantum ipsa sola est sine principio et sine fine.*

[10] Textus iste partim ex v. 9, partim ex v. 10 sumtus est.

[11] Ed. 1 *incommutabilitas.*

[12] Vat. *Filium* et paulo post *Spiritum sanctum*; sed lectionem in textum receptam, quae est fere omnium mss. et ed. 1, praeferimus tamquam meliorem; ipsi enim termino primae emanationis divinae sive Filio appropriatur *virtus* (infra d. 32. a. 2. q. 2. ad utl.), secundae vero emanationis termino sive Spiritui sancto *amor* (d. 10. a. 2.q. 1.).

however omit the word.

[3] Many codices like A G I O T V W Y aa bb have *By considering*, which also then on account of a changed construction omit *and* after *duration.* Likewise it occurs in the three subsequent propositions here below. This reading, in as much as it could be more elegant in itself, is not displeasing, if it is supported by a sufficient number of codices, and if the aforesaid codices agree with it; but in the last proposition very few codices return to this reading.

[4] Book XIII. of The Etymologies, or Of Origins, chapter 21: "A river is a perennial down-flowing of waters, called such by its perpetual flowing".

[5] Verse 7 -- The Vatican edition, against manuscripts and editions 1, 2, 3, 6, in the now active voice has *Ecclesiastes says.*

[6] Codices F M X, agreeing with themselves, add *as much as regards*.

[7] The Vatican edition has *they are polluted,* but wrongly, as is gathered from having made a comparison with what follows, and with the opposing manuscripts and edition 1.

[8] This proposition, taken from the sixth book of Aristotle's Topic, chapter 2, is quoted in the same words in the edition of Aristotle's works printed at Venice by Gregorius de Gregoriis at the expense of Benedict Fontana, 1496, and in the Parisian edition by Ambrosius Firmin-Didot, 1878; in other editions it is rendered thus: "For all using a metaphor use it according to some similitude". -- a little after, in the opposing manuscripts and edition 1, the Vatican edition badly omits *taken*, then places *in rivers* for *river*.

[9] Codex Y exhibits the last part of the sentence thus: *in as much as it alone is without beginning and without end.*

[10] This text is taken partly from v. 9, partly from v. 10.

[11] Edition 1 has *incommutability*.

[12] The Vatican edition *the Son* and a little after *the Holy Spirit*; but we prefer, as the better reading, the one received in the text, which belongs to almost all the manuscripts and edition 1; for *virtue* is appropriated to the very terminus of the first divine emanation or the Son (see below, d. 32 a. 2 q. 2 to the end.), indeed *love* is appropriated to the terminus of the second emanation or the Holy Spirit. (d. 10 a. 2 q. 1).

---

p. 2

Secundo, propter *spatiositatem* dicitur fluvius rerum mundanarum productio, ob quam causam non tantum fluvius, sed mare a Propheta dicitur in Psalmo[1] iste mundus: *Hoc mare magnum et spatiosum* etc. De hoc fluvio Ezechielis vigesimo nono:[2] *Ecce ego ad te Pharao, re Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum et dicis: Meus est fluvius, et ego feci memetipsum. Et ponam frenum in maxillis tuis* etc. Draco iste magnus, quem Dominus alloquitur et

Second, on account of its *spaciousness* an extension of mundane things is called a river, because of which reason this world is called not only a river, but the sea by the Prophet in the Psalm:[1] *This sea, great and spacious* etc. This river is spoken of in the twenty-ninth chapter of Ezechiel:[2] *Behold I (come) for you Pharaoh, king of Egypt, who recline in the midst of the streams and say: "Mine is the river, and I made it Myself." I will place a bridle upon your jaws* etc. That

cui comminatur in figura et persona Pharaonis, diabolus est, qui est rex Ægypti,[3] quoniam regnat in eis, quos excaecavit tenebris erroris, ut puta sunt haeretici, ad quos[4] etiam dicit: *Meus est fluvius, et ego feci memetispum,* quasi ipse fecerit mundum istum et ipse non habeat aliud principium. Hunc errorem ipse dixit et suggessit[5] impiis Manichaeis, qui totam machinam visibilium ad Deo malo esse conditam contendunt. Huius draconis maxillas Dominus *infrenabit,*[6] quando ablata sibi potestate suggerendi falsa, ostendet, se esse huius fluvii conditorem; unde in eadem auctoritate sequitur: *Scient omnes habitatores Ægypti, quoniam ego Dominus.*

great dragon, to whom the Lord speaks and which He threatens in the figure and person of the Pharaoh, is the Devil, who is the king of Egypt,[3] since he reigns in those, whom he has thoroughly blinded with the darkness of error, as heretics are reckoned to be, to whom[4] he also says: *Mine is the river, and I made it Myself,* as if to say that he himself had made this world and he himself has no other beginning. He mentioned this error and suggested it[5] for the sake of the impious Manicheans, who contend that the entire machine of visible things was established by an evil god. The jaws of this dragon the Lord *shall crush*,[6] when with his power to suggest false things born away, He will show, that He is the Establisher of this river; whence in the same authority it follows: *Let all the inhabitants of Egypt know, that I am the Lord.*

Tertio, propter *circulationem* dicitur fluvius Filii Dei incarnatio, quoniam, sicut in circulo ultimum coniungitur principio, sic in incarnatione supremum coniungitur imo, ut Deus limo,[7] et primum postremo, ut Filius Dei aeternus homini condito die sexto. De hoc fluvio Ecclesiastici vigesimo quarto:[8] *Ego quasi fluvius Dorix, et sicut aquaeductus exivi de paradiso.* Dorix interpretatur generationis mendicamentum, et est ibi figurativus sermo, ut conversim intelligatur, id est, generatio medicamenti. Incarnatio enim Filii Dei nihi aliud fuit quam generatio medicamenti: *Vere enim languores nostros ipse tulit et infirmitates nostras ipse portavit.*[9] Recte igitur Filii incarnatio fluvius Dorix dicitur. Et ipse Christus[10] de se vere dicit: *Ego quasi fluvius Dorix,* id est, medicinalis fluvius, *et sicut aquaeductus exivi de paradiso.* Natura aquae haec[11] est, quod tantum ascendit, quantum descendit. Talis fuit exitus incarnationis, secundum quod dicitur in Psalmo:[12] *A summo coelo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius.* Et Joannis decimo sexto:[13] *Exivi a Patre et veni in mundum: iterum relinquo mundum et vado ad Patrem,* et ita fecit circulam. De hoc etiam fluvio quantum ad egressum eius ex matre potest exponi illud, quod dicitur Esther decimo[14] in somnio Marddochaei: *Parvulus rivulus crevit in fluvium, et in*

Third, on account of its *circulation* the Incarnation of the Son of God is called a river, since, as in a circle the last is conjoined with the beginning, so in the Incarnation the highest is conjoined with the lowest, that is God to slime,[7] and the first to the last, as the eternal Son of God to the man established on the sixth day. Of this river the twenty-fourth chapter of Ecclesiastes (says):[8] *I, like the river Dorix, and as an aqueduct have gone forth from paradise.* "Dorix" is interpreted "medicine of generation", and this is a figurative way of speaking, to be understood conversely, that is, as "generation of medicine". For the Incarnation of the Son of God was nothing other than a generation of medicine: *For truly has He born our weaknesses and carried our infirmities.*[9] Therefore rightly is the Incarnation of the Son called the river Dorix. And Christ[10] Himself truly says of Himself: *I like the river Dorix,* that is, a medicinal river, *and as an aqueduct I have gone forth from paradise.* The nature of water is this,[11] that as much as it ascends, it descends. Such was the going forth of the Incarnation, according to what is said in the Psalm:[12] *From the highest Heaven His stepping forth, and His meeting even unto His height.* And the sixteenth chapter of John:[13] *I have gone forth from the Father and have come into the world; again I leave*

lucem solemque conversus est. Quis, obsecro, est paruvulus rivulus iste nisi humillima virgo? Haec crevit in fluvium, cum generavit Christum, qui non solum fluvius per[15] abundantiam gratiae, sed etiam lux sapientiae et sol iustitiate dicitur, secundum quod Ioannes capitulo primo[16] de ipso dicit: *Erat lux vera* etc.

the world and I go to the Father, and so He made a circle. Also concerning this river, as much as regards His stepping forth from His mother, there can be expounded, that, which is said in the tenth chapter of Esther[14] in the dream of Mordechai: *A tiny rivulet sprung into the river, and was converted into light and into the sun.* Who, I beseech, is this tiny rivulet except the most humble Virgin? She sprang into the river, when She generated Christ, who was not only a river through[15] an abundance of grace, but also is called the Light of wisdom and the Sun of justice, according to what John says of Him in his first[16] chapter: *He was the true light* etc..

Quarto, propter *emundationem* dicitur fluvius Sacramentorum dispensatio, quae sine sui pollutione mundat nos a coinquinationibus peccatorum. De hoc fluvio Apocalypsis vigesimo secundo:[17] *Ostendit mihi fluvium aquae vivae splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni.* Sacramentorum dispensatio dicitur fluvius *spendidus tamquam crystallus* propter claritatem et nitorem, quem relinquit in animabus, quae in hoc flumine depurantur. Dicitur etiam fluvius *aquae vivae* propter efficaciam gratiae, quae vivificat animam. Hic etiam *procedit de sede Dei et Agni.* Nam sacramentalis gratia procedit *a Deo* tamquam ab auctore[18] et efficiente, *a Christo* tanquam a mediatore et a promerente. Propter quod dicuntur omnia Sacramenta efficaciam habere a passione Chrisiti; unde testatur Augustinus:[19] « De latere Christi dormientis / fluxerunt Sacramenta, dum inde fluxit sanguis et aqua » .

Fourth, on account of its *cleansing* the dispensation of the Sacraments is called a river, which without themselves being polluted, cleanse us from the contaminations [coninquinationibus] of sins. Concerning this river the twenty-second chapter of the Apocalypse (says):[17] *He showed me the river of living waters, splendid as crystal, proceeding (down) from the throne of God and of the Lamb.* The dispensation of the Sacraments is called a river *splendid as crystal* on account of the clarity and brilliance, which it leaves in the souls, who are washed in this river. It is also called a river *of living waters* on account of its efficacy of grace, which vivifies the soul. This (river) also *proceeds from the throne of God and of the Lamb.* For sacramental grace proceeds *from God* as from its Author[18] and its efficient cause, *from Christ* as from its Mediator and from the One who merited it. On account of which all the Sacraments are said to have efficacious grace from the Passion of Christ, whence Augustine testifies:[19] From the side of the sleeping Christ / flowed the Sacraments, while blood and water flowed from there.

---

[1] 103, 25. — Paulo ante plurimi codd. ut A B C D G H I K M O P R S T W ee et ed. 1 omittunt *causam*; lectio non spernenda, forte sincerior, in qua relativum *quam* refertur ad *spatiositatem.*

[2] Vers. 3. Vulgata in hoc textu post *fluminum* addit *tuorum*; immediate post edd. 4 et 6 habent *qui* pro *et.*

[3] Fide mss. et ed. 1 expunximus propositionem in Vat. hic adiunctum *quae interpretatur tenebrae.*

[1] Psalm 103:25 — A little before this very many of the codices, such as A B C D G H I K M O P R S T W ee and edition 1 omit *reason* [causam]; the reading, not to be spurned, is much more genuine, in so far as the relative *which* refers to *spaciousness.*

[2] Verse 3. The Vulgate in this passage reads *of your streams*; immediately afterward edition 4 and 6 have *who* in place of *and.*

[3] Trusting the manuscripts and edition 1, we have

Immediate post cod. O *qui* loco *quoniam.*
[4] Vat. *quem,* sed omnino false, uti ex ipso contextu patet, re repugnantibus mss. cum ed. 1.
[5] Codd. K V et ed. 1 addunt *et suggerit,* alii vero ut codd. A T pro *suggessit* legunt *suggerit* respectu Manichaeorum tempore S. Doctoris viventium. Mox, postulantibus mss. ac edd. 1, 2, 3, post *conditam* expunximus *asserunt et.*
[6] Cod. U *refrenabit.* Dein codd. B C D G I O T W X Z bb minus bene *quoniam,* cod. A *qui* loco *quando.* Paulo post sub verbis *in eadem auctoritate* intellige Ezech. 29, 6 ubi et Vulgata cum ed. 1 legit *quia* pro *quoniam.*
[7] Verba in Vat. omissa *ut Deus limo* adiecimus ope mss. et ed. 1. Cfr. Liber de Spiritu et anima c. 14. — Paulo ante cod. ee cum ed. 1 legit *coniunctum est* loco *coniungitur.* In fine propositionis codd. A C F I M S T ect. *sexto*; Vat. *sexta.*
[8] Vers. 41. Vulgata: *Ego quasi fluvii Dioryx et sicut* etc. Idem recurrit paulo infra. Sed vide Lyranum et Cardinalem Hugonem de S. Charo super hunc locum.
[9] Isaiae 53, 4, in quo textu Vulgata pro *infirmitates nostras* legit *dolores nostros.*
[10] Praeter fidem mss. et ed. 1 non bene deest in Vat. *Christus.*
[11] Refragantibus codd. et ed. 1, ponit Vat. *huius*, sed mendose, quia subnexa conveniunt non solum huic ve illi aquae, sed omni.
[12] 18,7 (6).
[13] Vers. 28.
[14] Vers. 6, in quo textu hic et paulo post Vat. *parvus,* dissentientibus mss. et ed. 1; Vulgata autem: *Parvus fons, qui crevit* etc. Paulo ante codd. I T omittunt *quod dicitur,* pro quo Vat. cum ed. 1 et una alterove cod. *quod dicit.*
[15] Codd. H ee *propter*; dein cod. M *superabundantiam.*
[16] Vers. 9.
[17] Vers. 1.
[18] Auctoritate plurium codd. ut K R Y Z ee substituimus *auctore* pro *actore*, ut habet Vat. Utrumque verbum a codd. saepe eodem modo scribitur. Mox ed. 1 post *Christo* addit particulam *vero.*
[19] In Iannis Evang. c. 2. Tract. 9. n. 10: Dormienti Adae fit Eva de latere; mortuo Christo lancea percuitur latus , ut profluant Sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Vide etiam libr. Sentent. ex Augustino decerptarum (qui est Prosperi / Aquitanis) Sent. 329 — Paulo ante ex codd. A C F G H I K P R S T U X Y aa bb ee et ed. 1 posuimus *unde* loco *ut*. Deinde codd. S aa bb cum ed. 1 teste Augustino pro testatur Augustinus, in cuius verbis cod. M post *fluxerunt* addit *ecclesiae.*

expunged the passage in the Vatican edition, which is added here: *which is interpreted darkness.* Immediately afterwards codex O has *who* in place of *since he.*
[4] The Vatican edition has *who,* but this is entirely false, as is clear from the context itself, and repugnant to the manuscripts with edition 1.
[5] Codices K V and edition 1 add *and suggests it,* indeed the others, such as codices A and T for *he suggested it* read *he suggests it* in regard to the Manicheans living in the time of the Seraphic Doctor.
[6] Codex U reads *shall rein in* Then codices B C D G I O T W X Z bb have the not so good reading *since*, codex A has *who* in place of *when.* A little afterwards by the words *in the same authority* understand Ezekiel 29:6 where even the Vulgate with edition 1 reads *because* for *since.*
[7] We have added the words omitted in the Vatican edition *that is God to slime* with the assistance of the manuscripts and edition 1. Cf. The Book on the Spirit and the Soul, chapter 14. — A little before this codex ee with edition 1 reads *has been conjoined* in place of *is conjoined.* At the end of the passage codices A C F I M S T etc. have *sixth* [sexto]; the Vatican edition has *sixth* [sexta].
[8] Verse 41 in the Vulgate reads *I like the Dioryx of the river and as* etc. Likewise this recurs a little below. But see (Nicholas) of Lyre and Cardinal Hugo of S. Charo on this verse. [Trans. note: cf. also Cornelius a Lapidé, vol. V, 1841 ed. pp.574-6.]
[9] Isaiah 53:4, in which passage the Vulgate reads *our sorrows* for *our infirmities.*
[10] On account of our trust in the manuscripts and edition 1, *Christ* is badly lacking in the Vatican edition.
[11] With the codices and edition 1 opposing it, the Vatican edition puts *The nature of this water is,* but faultily, because what is subjoined is appropriate not only to this or that water, but all water.
[12] Psalm 18:7 (6)
[13] Verse 28.
[14] Verse 6, in which passage the Vatican edition has here and a little afterwards *small* not *tiny,* though the manuscripts and edition 1 disagree; the Vulgate however has : *A little fountain, which sprung* etc. A little before this codices I and T omit *which is said,* for that which the Vatican edition with edition 1 and one other codex have as *which . . . says.*
[15] Codices H and ee have *on account of*; then codex M has *superabundance*
[16] Verse 9.
[17] Verse 1.
[18] On the authority of very many codices, such as K R Y Z and ee we substitute *author* for *agent*, which the Vatican edition has. Each word is often written in codices in the same manner. Then edition 1 adds after *Christ* the adversative *but.*
[19] On the Gospel of John, chapter 2 Tract 9, n. 10: "From the sleeping Adam Eve is made from his side; after Christ died His side was pierced with the lance, so that the Sacraments would flow forth, by which the Church is formed". See also the book of quotations taken from Augustine (which is by Prosper / of Aquitaine) n. 329 — A little before this on

account of codices A C F G H I K P R S T U X Y aa bb ee and edition 1 we put *whence* in place of *as*. Then codices S aa bb with edition 1 have *with Augustine as witness* for *Augustine testifies,* among whose words codex M adds *of the Church* after *the Sacraments.*

---

p. 3

fluxerunt Sacramenta, dum inde fluxit sanguis et aqua » .

flowed the Sacraments, while blood and water flowed from there.

De omnibus istis fluviis simul et per ordinem habetur Genesis secundo,[1] ubi dicitur, quod *fluvius egrediebatur de loco voluptatis, qui inde dividitur in quatuor capita: nomen primi Phiso, nomen secundi Gehon, nomen terii Tigris et nomen quarti Euphrates.* Fluvius iste egrediens de Paradiso est totius libri huius materia. Quatuor fluvii ex isto procedentes sunt speciales materiae quatuor librorum, sicut facile potest aptare, qui praedictorum nominum interpretationes vult diligenter exponere.[2] Phison enim interpretatur oris mutatio, et in hoc significatur personarum emanatio. Sicut enim ex ore materiali procedit verbum et spiritus, ita ex ore Patris Filius et Spiritus sanctus, Ecclesiastici vigesimo quarto:[3] *Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam.* Hoc dicit ipse Filius, quis est Verbum et Sapientia Patris. Et in Psalmo:[4] *Verbo Domini caeli firmati sunt: et spiritus oris eius* etc. Gehon interpretatur arena, et in hoc significatur rerum mundanarum productio. Sicut enim universitas creaturarum comparatur mari propter spatiositatem, ita arenae propter numerositatem, Ecclesiatici primo:[5] *Arenam maris et pluviae guttas quis dinumeravit?* Tigris interpretatur sagitta, et in hoc significatur Filli Dei incarnatio. Sicut enim in sagitta ferrum coniunctum est ligno, sic in Christo fortitudo divinitatis coniuncta est moillitieti humanitatis. Et sicut sagitta ex arcu et ligno, sic in Christo fortitudo divinitatis coniuncta est mollitiei humanitatis. Et sicut sagitta ex arcu et ligno volat ad percutiendum adversarios, sic Christus de cruce saliens confregit adversarium. Haec est illa sagitta, de qua dicitur quarti Regum decimo tertio:[6] *Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam.* Euphrates interpretatur frugifer, in quo significatur Sacramentorum

All these rivers are contained at once and in order in the second[1] chapter of Genesis, where it is said, that *the river stepped forth from the place of pleasure, which from there divided into four sources: the name of the first, Phiso, the name of the second, Gehon, the name of the third, Tigris, and the name of the fourth, Euphrates.* That river stepping forth form Paradise is the entire matter of this Book. The four rivers proceeding from that (river) are the specific [speciales] matters of the four books, as one can easily adapt, who wants to diligently explain[2] the interpretations of the aforesaid names. For Phiso is interpreted "mouth of change", and in this there is signified the emanation of Persons. For as out of a material mouth there proceeds word and spirit, so, out of the mouth of the Father, the Son and Holy Spirit, (as is said) in the twenty-fourth chapter of Ecclesiasticus:[3] *I went forth out of the mouth of the Most High, first born before every creature.* This the Son Himself says, who is the Word and Wisdom of the Father. And in the Psalm:[4] *By the Word of the Lord the heavens have been made firm: and the Spirit of His mouth* etc.. Gehon is interpreted "sand", and in this there is signified the extension of mundane things. For as the universe of creatures is compared to the sea on account of its spaciousness, so the sands on account of their numerosity, (as is said) in the first chapter of Ecclesiasticus:[5] *Sand of the sea and drops of the rain, who can count them?* Tigris is interpreted "arrow", and in this there is signified the Incarnation of the Son of God. For as in an arrow iron has been conjoined with wood, so in Christ the fortitude of the Divinity has been conjoined to the pliability of humanity. And as an arrow flies from bow and wood to strike one's adversaries, so did Christ, springing

dispensatio, quae non tantum animam purgant a culpa, sed etiam fecundant in gratia. Quod significatum est Apocalypsi ultimo,[7] ubi dicitur, quod iuxta fluvium crystallinum *erat lignum afferens fructum, cuius folia erant in medicinam.*

(down) from the Cross, destroy the Adversary. This is that arrow, of which there is said in the thirteenth chapter of Kings:[6] *Arrow of the Lord's salvation, and arrow of salvation against Syria.* Euphrates is interpreted "fruit-bearing", in which there is signified the dispensation of the Sacraments, which not only purge the soul from fault, but even fecundate it in grace. Which has been signified in the last chapter of the Apocalypse,[7] where it is said, that along the crystalline river *there was a tree bearing fruit, whose leaves were for medicine.*

Cum igitur quator sint fluvii, quatuor sunt fluviorum *profunda* praedictis fluviis correspondentia.

Therefore since four are the rivers, four are the *depths* of the rivers corresponding to the aforesaid rivers.

Profundum *aeternae emanationis* est sublimitas esse divini, de quo potest intelligi illud Ecclesiatici septimo:[8] *Alta profunditas, quis inveniet eam?* Vere profunditas alta et altitudo profunda, ita ut exclamet Apostolus ad Romanos undecimo[9] et dicat: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!* Vere iudicia incomprehensibilia, quia profunda. *Iudicia enim Dei abyssus multa,*[10] et Ecclesiastici primo:[11] *Profundum abyssi quis dimensus est?* Haec profunditas innuitur Iob undecimo:[12] *Forsitan vestigia Dei comprehendes et usque ad perfectum Omnipotentem reperies? Excelsior coelo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces?* quasi dicat: ex te non potes: ideo consulit Apostolus ad Ephesios tertio:[13] *In caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere* etc.

The depth of the *eternal emanation* is the loftiness of Divine Being [esse], of which there can be understood that (which is said) in the seventh chapter of Ecclesiasticus:[8] *High profundity, who will find it?* Truly so high a profundity and so profound a height, that the Apostle exclaims in the eleventh chapter to the Romans[9] and says: *O height of the riches of the wisdom and the knowledge of God, how incomprehensible are His judgments, and unsearchable His ways!* Truly incomprehensible judgments, because profound. *For the judgments of God (are as) the many things of the abyss.*[10] and in the first chapter of Ecclesiasticus:[11] *Depth of the abyss, who has measured it?* This profundity is hinted at in the eleventh chapter of Job:[12] *Perhaps you comprehend the footprints of God and repair even to the perfect Omnipotent? He is more exalted than Heaven, and what will you make? more profound than Hell, and whence will you know* [cognosces] *?* as if he were to say: "You are not able of yourself": for that reason the Apostle counsels (us) in the third chapter to the Ephesians:[13] *Be rooted and founded upon charity, so that you may be able to comprehend* etc..

Et hoc *profundum* perscrutatur Magister in primo libro. Sublimitas enim divini esse consistit in duobus, scilicet in nobilissimis *emanationibus,* quae sunt generatio et processio, et[14] in nobilissimis *conditionibus,*

And this *depth* the Master thoroughly scrutinizes in the first book. For the loftiness of Divine Being [esse] consists in two things, namely in the noblest *emanations*, which are generation and procession, and[14] in the

quae sunt summa sapientia, omnipotentia et perfecta voluntas, de quibus est primus liber. Nam in prima parte agit de sacratissima Unitate et Trinitate, in secunda vero[15] speciali tractatu agit de supradicta eius triplici conditione sive proprietate.

Profundum *creationis* est vanitas esse creati. Creatura enim quanto magis evanescit, tanto magis in profundum tendit, sive evanescat per culpam sive per poenam. Propter hoc dicitur per Prophetam in persona hominis, qui evanuit per culpam, in Psalmo:[16] *Infixus sum in limo profundi, et non est substantia.* Et rursus orans Propheta, ne evanescat per poenam: *Non me demergat, inquit, tempestas aquae, neque absorbeat me profundum* etc.

Hoc profundum scrutatur Magister in secundo / libro.

Aquitanis) Sent. 329 — Paulo ante ex codd. A C F G H I K P R S T U X Y aa bb ee et ed. 1 posuimus *unde* loco *ut*. Deinde codd. S aa bb cum ed. 1 teste Augustino pro testatur Augustinus, in cuius verbis cod. M post *fluxerunt* addit *ecclesiae.*

[1] Vers. 10-14, ubi Vulgata post *voluptatis* addit *ad irrigandum Paradisum* et nomina fluminum ita enumerat: Nomen uni Phison... et nomen fluvii secundi Gehon... Nomen vero fluminis tertii, Tigris... Fluvius autem quartus, ipse est Euphrates. Plures codd. A F G I S W Y etc. cum edd. 1, 2, 3, 6 nomen secundi fluvii sic exhibent *Gyon.* — Paulo ante cod. M *secundum* loco *per.*
[2] Cod. ee et ed. 1 *considerare.*
[3] Vers. 5, ubi Vulgata *prodivi* pro *prodii.*
[4] 32, 6.
[5] Vers. 2, in quo textu Vat. cum Vulgata post *guttas* addit *et dies saeculi.* — Paulo ante substituimus ex codd. A C G H I O R S T U Y Z bb ee ff et ed. 1 *numerositatem* pro *innumerositatem,* licet utraque lectio in idem recidat.
[6] Vers. 17.
[7] Vers. 2, ubi Vulgata: Lignum vitae afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum et folia ligni ad sanitatem gentium.
[8] Vers. 25.
[9] Vers. 33, in quo textu fide codd. et ed. 1 addimus *et investigabililes viae eius,* quod omittit Vat.
[10] Psalm 35, 7, ubi Vulgata: Iudicia tua abyssus multa.

noblest *conditions,* which are the highest wisdom, omnipotence and perfect will, of which is the first book. For in the first part he deals with the Most Sacred Unity and Trinity, but in the second[15] with a special tract, he deals with His above said threefold condition or property.

The depth of *creation* is the vanity of created being [esse]. For the creature in as much as it is more vanishing, so much more does it tend into the depth, either vanishing through fault or through punishment. On account of this there is said through the Prophet in the person of a man, who vanished through fault, in the Psalm:[16] *I have been thrust into the slime of the deep, and there is no substance.* And again the Prophet praying, lest he vanish through punishment: *Do not let it submerge me, he said, the storm of water, nor let it swallow me the depth* etc..

This depth the Master scrutinizes in the second / book.

of Aquitaine) n. 329 — A little before this on account of codices A C F G H I K P R S T U X Y aa bb ee and edition 1 we put *whence* in place of *as*. Then codices S aa bb with edition 1 have *with Augustine as witness* for *Augustine testifies,* among whose words codex M adds *of the Church* after *the Sacraments.*

[1] Verses 10-14, where the Vulgate adds *to irrigate Paradise* after *of pleasure* and enumerates the names of the rivers in this fashion: *The name of one, Phison,... and the name of the second river, Gehon,...indeed the name of the third river, Tigris,...moreover the fourth river, is itself the Euphrates.* Many codices A F G I S W Y etc. with editions 1, 2, 3, 6 spell the name of the second river thus Gyon. — A little before this codex M has *according to their order* in place of *in order.*
[2] Codex ee and edition 1 have *consider.*
[3] Verse 5, where the Vulgate has *prodivi* [went forth] for *prodii* [went forth.]
[4] Psalm 32:6.
[5] Verse 3, in which text the Vatican manuscript with the Vulgate adds *and the days of a generation* after *rain*. — A little before we have substituted from codices A C G H I O R S T U Y Z bb ee ff and edition 1 *numerosity* for *innumerableness,* though each reading has the same meaning.
[6] Verse 17.
[7] Verse 2, where the Vulgate reads: *The tree of life bearing twelve fruits, bearing its own fruit throughout every month and the leaves of the wood*

[11] Vers. 2.
[12] Vers. 7. et 8.
[13] Vers. 17. et 18.
[14] Perturbatam lectionem Vat., in qua omittitur particula *et* ipsiusque loco ponitur punctum, ita ut cum sequenti praepositione *in* nova incipiat propositio, emendavimus ex mss. et ed. 1.
[15] Inserta est hic in Vat. sequens propositio: *quae incipit in distinct.* 35: *Cumque supra disserverimus* etc., quam ut interpolatam auctoritate codd. et ed. 1 removimus.
[16] 68, 2. Textus s. Scripturae proxime sequens habetur in eodem Psalmo 68, 16.

were for the healing of the nations.
[8] Verse 25.
[9] Verse 33, in which text, trusting in the codices and edition 1, we have added *and how unsearchable are His ways,* which the Vatican edition omits.
[10] Psalm 35:7, where the Vulgate reads: *Thy judgments are as the many things of the abyss.*
[11] Verse 2.
[12] Verse 7 and 8.
[13] Verse 17 and 18.
[14] The Vatican edition has a confused reading, in which the conjunction *and* is omitted and there is put in its place a period, so that with the following preposition *in* there begins a new sentence: we have emended this from the manuscripts and edition 1.
[15] There has been inserted here in the Vatican edition the following sentence: "which he begins in distinction 35: And since we observed above etc.", which we have removed as an interpolation on the authority of the codices and edition 1.
[16] Psalm 68:2. The text of Sacred Scripture which follows is found in the same Psalm 68:16.

---

p. 4

libro. Nam vanitas esse creati in duobus consistit, videlicet in mutatione de *non esse* in *esse* et rursum in reversione in *non esse.* Et quamvis nulla creatura omnino cedat in non ens per naturam, tamen, sicut dicit Augustinus,[1] peccator tendit ad non esse per culpam. Et de his duobus est totus secundus. Nam in prima parte agit de rerum egressu, in secunda vero parte[2] agit de lapsu, ut de tentatione diaboli, de peccato originali et actuali, usque in finem.

book. For the vanity of the created being [esse creati] consists in two things, viz. in change from non-being [non esse] to being [esse] and again in the reversion into non-being [non esse]. And although no creature passes entirely into non-being [non ens] through nature, nevertheless, as Augustine says,[1] the sinner tends to not to be [non esse] through fault. And of these two is the entire second (book). For in the first part he deals with the stepping-forth of things, but in the second part[2] he deals with the Fall, as it concerns temptation by the devil, original sin and actual sin, through to the end of the book.

Profundum *incarnationis* est meritum humanitatis[3] Christi, quod tantum fuit, ut vere possit dici profundum, quasi non habens terminum nec fundum. De quo potest intelligi illud Ionae secundo:[4] *Proiecisti me in profundum in corde matris, et flumen circumdedit me.* Hoc potest dici de Christo, qui tantum humiliatus est, ut vere possit dici *proiectus* et *abiectus,* Isaiae quinquagesimo tertio:[5] *Et vidimus eum, et non erat ei aspectus, et desideravimus eum: despectum et novissimum virorum* etc. Vere igitur dicit se proiectum, sed ubi? *in profundum maris et fluminis.* Nam passio Christi comparatur *mari* propter poenalitatis

The depth of the Incarnation is the merit of the humanity[3] of Christ, which was so great, so that it can truly be called a depth, as if not having a terminus nor bottom. Of this there can be understood that (which is said) in the second chapter of Jonas:[4] *Thou has cast me forth into the depth in the heart of my mother, and the stream has surrounded me.* This can be said of Christ, who was so humiliated, that truly he could be said to be *cast forth* and *abject,* (as is said) in the fifty-third chapter of Isaiah:[5] *And we have seen him, and no attractiveness belonged to him, and we desired him: despised and the last of men* etc. Truly therefore He calls himself

amaritudinem, sed et[6] *flumini* propter caritatis dulcedinem. Dulcissimum enim cor Iesu Christi tanta circa[7] nos afficiebatur teneritudine amoris, ut non videretur ei grave pro nobis sustinere extremum et acerbissimum genus mortis.

"cast-forth", but where? *in the depth of the sea and of the stream.* For the Passion of Christ is compared to *the sea* on account of the bitterness of its penalty, but also[6] to *a stream* on account of the sweetness of its charity. For the most sweet Heart of Jesus Christ was stirred with such great a tenderness of love for[7] us, that it did not seem heavy for Him to sustain on our behalf an extreme and most bitter kind of death.

Et hoc profundum perscrutatur Magister in tertio. Nam meritum Christi in duobus consistit, scilicet in *passione,* per quam nos redemit, et in *actione,* per quam nos informavit, quae consistit in operibus virtutum, donorum et praeceptorum, de quibus duobus est tertius liber. Nam in prima parte agitur de incarnatione et passione, in qua consistit nostra redemptio, in secunda[8] de virtutibus, donis et praeceptis, in quibus consistit nostra informatio.

And this depth the Master thoroughly scrutinizes in the third book. For the merit of Christ consists in two things, namely in His *Passion,* through which He redeemed us, and in His *action,* through which He formed [informavit] us, which consists in His works of virtue, of gifts, and of precepts, of which two things is the third book. For in the first part the Incarnation and Passion are dealt with, in which consists our redemption, in the second[8] the virtues, gifts, and precepts, in which consist our formation [informatio].

Profundum *sacramentalis despensationis* est efficacia perfecti medicamenti. Tanta enim est efficacia medicinae sacramentalis, quod humanam mentem excedit, ut vere profundum possit dici. De hoc Isaiae quinquagesimo primo:[9] *Posuisti profundum maris viam tuam, ut transirent liberati.* Profundum istud, in quo Ægyptii demerguntur et filii Israel[10] liberati transeunt et salvantur, est efficacia Sacramentorum, in quibus destruuntur opera tenebrarum et conferuntur arma lucis et dona gratiarum, per quae homo transfertur de potestate tenebrarum in regnum filii caritatis Dei. Haec efficacia Sacramentorum est profundum *maris* et *fluminis: maris,*[11] in quantum primo liberat a culpa et introducit in amaritudinem poenitentiae; *fluminis,* in quantum liberat a miseria et introducit in dulcedinem gloriae.[12] Quod optime praesignatum fuit in filiis Israel, quibus exeuntibus ex Ægypto siccatum est mare, et transierunt *per siccum in medio eius,* sicut dicitur Exodi decimo quinto;[13] et introeuntibus in terram promissionis siccatus est fluvius, et transierunt per medium eius, sicut dicitur Iosue quarto.[14]

The depth of the *sacramental dispensation* is the efficacy of a perfect medicine. For so great is the efficacy of sacramental medicine, that it exceeds the human mind, so that it can truly be called a depth. Of this (there is said) in the fifty-first chapter of Isaiah:[9] *Thou has placed the depth of the sea as Thy way, so that they (who) have been freed might pass over.* That depth, in which the Egyptians are submerged and the sons of Israel,[10] having been freed, pass over and are saved, is the efficacy of the Sacraments, in which the works of darkness are destroyed and there are conferred the arms of light and the gifts of graces, through which man is transferred from the power of darkness into the Kingdom of the Son of God of charity. This efficacy of the Sacraments is a depth *of a sea* and *of a stream: of a sea*,[11] in as much as at first it frees from fault and introduces one into the bitterness of penitence; *of a stream*, in as much as it frees from misery and introduces one into the sweetness of glory.[12] Which was pre-signified best of all in the sons of Israel, for whom, as they went forth from Egypt, the sea was dried up, and they passed over *through dry land in its midst,* as is said in the fifteenth chapter of Exodus;[13]

and for those entering into the land of promise the river was dried up, and they passed over through its midst, as is said in the fourth chapter of Josuah.[14]

Hoc profundum perscrutatur Magister in quarto libro. Nam efficacia perfecti medicamenti in duobus consistit, scilicet in *sanatione* a varietate infirmitatum deprimentium et in *liberatione* ab universitate miseriarum aggravantium; et de his duobus est totus quartus liber. Nam in prima parte agit de multiplici *sanatione,* quam efficiunt septem Sacramenta. In secunda[15] agit de *perfecta sanitate,* ad quam perducunt, sicut de *gloria resurgentium,* qui veraciter et fideliter Sacramenta Ecclesiae perceperunt; et per oppositum de *poena malorum,* qui Sacramenta Ecclesiae contempserunt.

[10] Against the authority of the codices and edition 1 in place of *through a circumlocution* the Vatican text puts *by a twofold naming*, perhaps on account of the greater opposition with the words which follow a little after this: *with one word*.
[11] Against the testimony of the manuscripts and edition 1 the Vatican text here repeats *credible*, which certainly must be understood (as being) implicitly in the text. Then codices P and Q together with editions 4 and 5 add well enough *however* after *in diverse manners*.
[12] The Vatican text has *that what concerns God is not dealt with entirely* [per totum] *in this Book*; the manuscripts together with edition 1 agree against the Vatican text in this, that they omit *entirely*; but codices R T ee ff and edition 1, with transposed words and by adding *only*, supply the reading, which we have received into the text, which is also in itself clearer and corresponds to the structure [ad amussim] of the minor proposition placed above in the objections. [Trans. note: what follows refers to the text on page 8] Then after *however* we have supplied *what concerns God* from codices T and ee, which words certainly have to be understood. Next codex F adds *and operation* after *substance*. Very many codices, deceived from the repetition of *substance* exhibit a mutilated proposition. But codex K proposes the whole response more succinctly in this manner: *Therefore that it is objected in the Contrary, that God does not embrace all things, which are here considered, it must be said, that from this it does not follow, that God is not the subject in this science, but it only* (thus the reading of the

primitive text, afterwards corrected to *however*) *follows, that He is not the subject / as the whole, but as the principle.*

p. 8

quod, quamvis non agatur de Deo quantum ad substantiam tantum, agitur tamen de Deo quantum ad substantiam, vel quantum ad opera eius; et ideo non est subiectum ut totum, sed ut principium.

that, although what concerns God is not dealt with only as much as regards His substance, however what concerns God is dealt with as much as regards His substance, and/or as much as regards His works; and for that reason He is not the subject as the whole, but as the principle.

2. Quod obiicitur, quod materia non coincidit in unum cum fine; dicendum, quod materia tripliciter dicitur: scilicet materia *ex qua*, materia *in qua* et materia *circa quam*; et haec ultima materia magis[1] dicitur obiectum quam materia. Quando ergo dicitur, quod materia non coincidit cum fine, verum est de materia *ex qua*, quae proprie est materia,[2] sed non de materia *circa quam*, quae proprie est obiectum; nam idem potest esse obiectum habitus et finis; et tali modo accipitur materia in scientia pro obiecto virtutis[3] cognoscentis.

2. That it is objected, that matter does not coincide in one thing with its end; it must be said, that matter is spoken of in a threefold manner: namely matter *out of which*, matter *in which* and matter *about which*; and this last matter is called object rather[1] than matter. Therefore when it is said, that matter does not coincide with its end, it is true of matter *out of which*, which properly is the matter[2] but not of the matter *about which*, which properly is the object; for the same thing can be object, habit and end; and in such a manner "matter" is interpreted in science as the object of the virtue[3] of the one becoming acquainted with it.

3. 4. Quod obiicitur de *rebus* et *signis*, quod sunt subiecta omnium scientiarum; dicendum, quod res et signum[4] possunt accipi *in sua generalitate*; et sic non pertinent ad scientiam specialem nec ad librum nec ad eandem scientiam. Possunt iterum accipi secundum quod induunt rationem *credibilis*, et sic, quemadmodum una est *virtus*[5] et unus est habitus de omnibus credibilibus, sive sint res sive sint signa, ut fides, sic una est *scientia* specialis de omnibus, in quantum induunt hanc rationem,[6] sive sint res sive signa.

3. 4. That there is an objection concerning *things* and *signs*, because they are the subjects of all sciences; it must be said, that thing and sign[4] can be interpreted *in their generality*; and so they do not pertain to a special science nor to the Book nor to the same science. Again they can be interpreted according to which they put on a reckoning *of the credible*, and so, in accord with the manner that there is one *virtue*[5] and one habit concerning all credibles, whether they be things or signs, as is faith, so there is one special *science* concerning all things, inasmuch as they put on that reckoning,[6] whether they be things or signs.

Aliter potest dici, quod dupliciter est loqui de rebus et signis, aut *absolute*, aut in relatione ad fruitionem sive ad illud, quo fruendum est. Primo quidem modo spectant ad speciales scientias et diversas; secundo modo ad unam scientiam sive doctrinam.

In another manner it can be said, that there is a twofold manner of speaking [dupliciter est loqui] concerning things and signs, either *absolutely*, or in *relation* to enjoyment or to that, by which a thing is to be enjoyed. Indeed in the first manner they

Unde quemadmodum de omnibus entibus, in quantum reducuntur ad unum primum ens, est una scientia et[7] unus liber, sic de omnibus rebus et signis, in quantum reducuntur ad unum, quod est alpha et omega, est una scientia.

look towards the special and diverse sciences; in the second manner towards one science or doctrine. Whence in accord with the manner which concerns all beings, inasmuch as they are reduced to one Prime Being, there is one science and[7] one Book, so concerning all things and signs, inasmuch as they are reduced to one thing, which is their alpha and omega, there is one science.

5. 6. Quod obiicitur, quod *credibile* est obiectum virtutis[8] etc.; dicendum, quod alio modo est credibile obiectum virtutis, alio modo scientiae. Credibile enim, secundum quod habet in se rationem *primae veritatis*, cui fides assentit propter se et super omnia, pertinet ad habitum fidei; secundum quod super rationem veritatis addit rationem *auctoritatis*, pertinet ad doctrinam sacrae Scripturae, de qua dicit Augustinus super Genesim ad litteram,[9] quod « maior est eius auctoritatis quam humani ingenii perspicacitas »; sed secundum quod supra rationem veritatis et auctoritatis addit rationem *probabilitatis*, pertinet ad considerationem presentis libri, in quo ponuntur rationes probantes fidem nostram. Et sic patet, quomodo differenter est *fides* de credibili, et *libri* de canone sacrae Scripturae, et *praesens scriptura*. Et ideo non valet illa[10] obiectio, quoniam iste liber non est sic ad defensionem spei et caritatis, sicut fidei; et ideo non est simile.

5. 6. That it is objected, that the *credible* is the object of virtue[8] etc.; it must be said, that in one manner the credible is the object of virtue, in another of science. For the credible, according to which it has in itself a reckoning *of prime truth*, to which faith assents on account of itself and above all things, pertains to the habit of faith; according to which it adds ,above the reckoning of truth, the reckoning *of authority*, it pertains to the doctrine of Sacred Scripture, of which Augustine says in his Literal Exposition of Genesis,[9] that « greater perspicacity belongs to its authority than to human ingenuity »; but according to which it adds above the reckoning of truth and authority, a reckoning *of probability*, it pertains to the consideration of the present book, in which there are posited reasons to prove our faith. And so it is clear, how different *faith* is from the credible, and *books* from the canon of Sacred Scripture, even *the present writing*. And for that reason that[10] objection is not valid, since that Book is not so much for the defense of hope and charity, as it is of faith; and for that reason it is not similar.

SCHOLION.

I. Supponit Doctor Seraphicus in his quaestionibus prooemialibus et alibi passim, quod theologia sit vera scientia; immo in Breviloq. p. I. c. 1. dicit: Ipsa sola est scientiae perfecta. Quo sensu hoc dicatur, explicatur III. Sent. d. 23. a. 1. q. 1. ad 4, et ibid. q. 4. — Scotus (Prolog. q. 4.) cum Nominalibus negat, theologiam in viatoribus esse *proprie* scientiam; S. Thomas (S. I. q. 1. a. 2.) vero hoc affirmat.

SCHOLIUM

I. The Seraphic Doctor supposes in these questions on the foreword and elsewhere passim, that theology is a true science; nay rather in the Breviloquium, part I, ch. 1. he says: It alone is the perfect science. In what sense this is said, is explained in Sent., Bk. III, d. 23, a. 1, q.1 at n. 4, and ibid. q. 4. — (Bl. John Duns) Scotus (Prolog., q. 4) together with the Nominalists denies, that theology in wayfarers is *properly* a science; but St. Thomas (Summa., I, q. 1, a. 2) affirms it.

II. Non quaeritur hic de subiecto, *in quo* est scientia, quod est intellectus, sed de subiecto, *de quo* est scientia et *circa* quod immediate versatur. Dicitur *subiectum*, quia de illo ea praedicantur, de quibus agitur in illa scientia. Licet ab auctoribus non raro hi termini: *subiectum, obiectum* et *materia circa quam*, confundantur, tamen in sensu stricto obiectum scientiae est id *quod* scitur, subiectum vero eius est id *de quo* conclusiones praedicantur. S. Doctor accipit hic subiectum in sense stricto.

II. This is not asked concerning the subject, *in which* there is science, which is the intellect, but concerning the subject *from which* science is and *about* which it immediately revolves. It is called a *subject*, because things are predicated of it, which are dealt with in that science. Though not rarely are these terms: *subject, object* and *matter about which*, confounded by authors, nevertheless in the strict sense the object of a science is that thing *which* is known, but its subject is that thing *from which* conclusions are predicated. The Seraphic Doctor interprets subject here in the strict sense.

III. Circa distinctionem, quam habet in solutione ad 2, hoc notandum. Materia *in qua* vocatur subiectum sive corporale sive spirituale, in quo recipitur aliquod accidens: sic intellectus dici potest materia, in qua recipitur scientia. Materia *ex qua* dicitur ea pars compositi, quae cum forma facit compositum. Materia *circa quam* dicitur in scientia ipsum subiectum, circa / quod versatur scientia.

III. About the distinction, which he has made in the solution to n. 2, this must be noted. Matter *in which* is called the subject, either corporal or spiritual, in which some accident is received: so the intellect can be said to be the matter, in which science is received. Matter *from which* is said to be that part of the thing composed, which together with the form makes the composite. Matter *about which* is said in science to be the subject itself, about / which the science revolves.

---

ut totum, sed ut principium. Mentem suam S. Doctor hac de re in Breviloq. b. I. c. 1. ita aperit: Cum s. Scriptura sive theologia sit scientia dans sufficientem notitiam de primo principio secundum statum viae ... et Deus non tantum sit rerum primum principium et exemplar effectivum in creatione, sed etiam refectivum in redemptione et perfectivum in retributione; ideo non tantum agit de Deo creatore, sed etiam de creatione (ita codd. contra edd., quae habe *creatore*) et creatura.

[1] Cod. N addit *proprie*.

[2] Cod. aa adiungit *et similiter de materia in qua*, quae lectio in textum recipienda videretur, si sufficienti numero codicum fulciretur; certe tamen ipsa subintelligenda est.

[3] Falsa lectio Vat. *veritatis* loco *virtutis* emendatur ex mss. et sex primis edd.

[4] Cod. aa satis bene *signa*. Mox codd. A T Y etc. ante *librum* non repetunt particulam *ad*, cod. I ponit *vel librum*, cod. X *nec ad librum unum*.

[5] Vat., quae falso ponit *veritas*, corrigitur ex mss. et sex primis edd.

[6] Vat. cum recentiori cod. cc superflue hic addit *scilicet credibilis*, quod dees in antquioribus mss. et ed. 1.

[7] Ex codd. A F G H I K P R S T V Y etc. cum ed. 1 posuimus *et* loco *aut*. Deinde codd. I et T post *liber* bene addunt *scilicet metaphysica*. Mox, fere omnibus mss. et ed. 1 refragantibus, Vat. habet *ordinantur*

as the whole, but as the principle. The Seraphic Doctor explains his mind on this matter in the Breviloquium, Bk. I, ch. 1, in this manner: Since Sacred Scripture or theology is a science giving sufficient knowledge [notitiam] of the First Principle according to the state of the way . . . and since God is not only the First Principle of things and the effective Exemplar in creation, but also the refective One in redemption and the perfective One in retribution; for that reason not only does it deal with God the Creator, but also with the creation (thus the codices against the editions, which have *creator*) and the creature.

[1] Codex N adds *properly*.

[2] Codex aa adjoins *and similarly concerning matter in which*, which reading seems must be received into the text, if it is supported by a sufficient number of codices; nevertheless it certainly must be understood as implicit.

[3] The false reading of the Vatican text, which has *of truth* in place of *of virtue*, is emended from the manuscripts and from the six first editions.

[4] Codex as has *signs* well enough. Then codices A T Y etc. do not repeat the preposition *to* before *Book*, codex I puts *and/or the Book*, codex X has *nor to a book*.

[5] The Vatican text, which falsely puts *truth*, is corrected from the manuscripts and the six first editions.

pro *reducuntur*; cod. vero bb *reducuntur vel ordinantur*.
[8] Vat. contra mss. et ed. 1 in hac propositione bis habet mendose *veritatis* loco *virtutis*.
[9] Libr. II. c. 5: Maior est quippe Scripturae huius auctoritas quam omnis humani ingenii capacitas. — Dein Vat. praeter fidem codd. voci *secundum* praemitti *sed*; ed. 1 addit *vero*.
[10] Magis placeret, si pro *illa* haberetur *alia*. Vat. autem absque ulla mss. auctoritate post *obiectio* adiungit *de sperabili vel diligibili*. Circa finem propositionis codd. inter se non conveniunt; Vat. cum cod. cc pro *et ideo* habet *unde*; multi codd. ut A C F G S V W X bb etc. nullam coniunctivam particulam ponunt; cod. D *nec* pro *et ideo non*; codd. autem B D K Q R exhibent lectionem nostram *et ideo*; codd. I T *ideo*.

[6] The Vatican text together with the more recent codex cc adds superfluously here *namely the credible*, which is lacking in the more ancient manuscripts and edition 1.
[7] From codices A F G H I K P R S T V Y etc. together with edition 1, we have put *and* in place of *or*. Then codices I and T after *book* do well to add *namely metaphysics*. Next, opposing nearly all the manuscripts and edition 1, the Vatican text has *are ordered* in place of *are reduced*; but codex bb has *are reduced and/or ordered*.
[8] The Vatican text, against the manuscripts and edition 1, twice in this proposition has faultily *of the truth* in place of *of virtue*.
[9] Book II, ch. 5: "Indeed greater is the authority of this Scripture than the capacity of all human ingenuity." — Then the Vatican text, not trusting in the codices prefaces *but* [sed] to the word *according*; edition 1 adds *but* [vero].
[10] It would be more pleasing, if it had *the other* in place of *that*. Moreover the Vatican text without any authority from the manuscripts adjoins *concerning the hopeable and/or lovable* after *objection*. Near the end of the proposition the codices do not agree among themselves; the Vatican text with codex cc has *whence* in place of *and for that reason*; many codices such as A C F G S V W X bb etc place no conjunction at this point; codex D has *neither* in place of *and for that reason . . . not*; but codices B D K Q R exhibit our reading *and for that reason*; codices I and T have instead *for that reason*.

---

quod versatur scientia. Haec ultima sub diverso respectu potest esse tum *obiectum* habitus tum *finis*, ut patet in virtutibus theologicis: v. g. fidei obiectum et finis est prima Veritas; creditur enim summum verum propter summum verum. Cfr. Alexander Hal. Sum. p. I . q. 1. m. 3.

which the science revolves. This last under diverse respects can be both *the object* of the habit and *the end*, as is clear among the theological virtues: e.g. the object and end of faith is Prime Truth; for the Most High True One is believed on account of being the Most High True One. Cf. Alexander of Hales, Summa., p. I, q. 1, m. 3.

IV. In solutione ad 3. tangitur quaestio de *unitate scientiae theologicae*. Hanc Nominales ex suis falsis principiis impugnant; sed eam adstruunt S. Bonaventura, Breviloq. p. 1. c. 1. Alexander Halensis, p. I. q. 1. m. 3. ad 4. et 5. — Scotus, I. Report. Prolog. quaestiunc. 2. — S. Thomas, I. Sent. Prolog. q. 1. a. 2; Sum. I q. 1. a. 3. — B. Albertus M., Sum. p. I. tr. 1. q. 3. m. 2; I. Sent. d. 1. a. 3. — Petrus a Tranatasia, I. Sent. Prolog. a. 2. — Aegidius Romanus, I. Sent. Prolog. part. 1. principalis 2. q. 3. — Henricus Gandaviensis, Sum. a. 6.

IV. In the solution to 3. the question of *the unity of the science of theology* is touched upon. This the Nominalists impugn from their false principles; but they build next to it, as St. Bonaventure says in Breviloquium., p. 1, c. 1. Alexander of Hales, p. I, q. 1, m. 3, at nn 4 and 5. — (Bl. John Duns) Scotus, Reportatio, Bk. I, Prologue, quaestiunc. 2. — St. Thomas, Sent., Bk. I, Prologue, q. 1, a. 2; Summa., Bk. I, q. 1, a. 3. — Bl. (now St.) Albert the Great, Summa., p. I, tr. 1, q. 3, m. 2; Sent., Bk. I, d. 1, a. 3. — (Bl.) Peter of Tarentaise, Sent., Bk. I, Prologue. a. 2. —

q. 3. — Durandus, I. Sent. Prolog. q. 4.

Giles the Roman, Sent., Bk. I, Prologue, part. 1, principle 2, q. 3. — Henry of Ghent, Summa., a. 6, q. 3. — Durandus, Sent., Bk. I, Prologue, q. 4.

V. In solutione principalis quaetionis antiqui scholastici valde saltem verbis dissentiunt. Nonnulli affirmant, Deum esse quidem subiectum theologiae, non autem sub ratione Deitatis, sed sub aliqua limitatione, v. g. quatenus est restaurator et glorificator (ita Aegidius R.) vel quatenus est perfectissimus (Dionys. Carth.). Haec vero limitatio ex parte subiecti non videtur probabilis. — Alexander Ha. ponit tria subiecta secundum tria, quae sunt in quolibet ente completo, scil. secundum substantiam, virtutem (potentiam) et operationem: primo modo subiectum est Deus, secundo modo est Christus, qui est virtus Patris, tertio modo sunt opera restaurationis facta per Christum. — Scoto attribuitur sententiae, Deum sub ratione entis infiniti esse subiectum theologiae; attamen cum ipse (I. Sent. Prolog. q. 3. n. 9.) dicat: Deum sub ratione entis infiniti aut necessarii non legitime poni obiectum theologiae, sententia eius a Frassenio (Scotus academicus, tom. I. disp. prooem. a. 2. q. 5.) et a Lycheto (ad loc. cit.) ita explicatur, ut in substantia cum S. Thoma conveniat, qui (S. I. q. 1. a. 7.) unum assignat subiectum, scil. Deum sub ratione Deitatis. Differentia tamen inter utrumque consistit in hoc, quod Scotus putat, hoc subiectum *Deus* intelligi *materialiter*, uti res et causa omnium veritatum, quas virtualiter in se continet; S. Thomas vero intelligit Deum in ratione *formali*, id est, ut scibilis vel revelabilis, non autem in se et subiective. De hac differentia cf. Caietanus in Comment. et Macedo (Collationes doctrinae S.Thomae et Scoti, Coll. 2 diff. 4. sect 4.).

V. In the solution of the principle question the ancient scholastics dissented strongly at least in words. Not a few affirm, that God indeed is the subject of theology, not however under the reckoning of Deity, but under some limitation, e.g. to the extent that He is the restorer and glorifier (thus Giles the Roman) and/or to the extend He is the most perfect (Bl. Denis the Carthusian). But this limitation on the part of the subject does not seem probable. — Alexander of Hales posits three subjects according to the three things, which are in any complete being [ente completo], namely according to substance, virtue (potency) and operation: in the first manner the subject is God, in the second manner it is Christ, who is the virtue of the Father, in the third manner they are the works of restoration wrought through Christ. — To Scotus is attributed the opinion, that God under the reckoning of an infinite being [entis infiniti] is the subject of theology; but nevertheless since he himself says (Sent., Bk. 1, Prolog., q. 3, n. 9.): "That God under the reckoning of an infinite or necessary being [entis] is not legitimately posited as the object of theology," his opinion is thus explained by Frassen (Scotus academicus, tom. I, disp. prooem., a. 2, q. 5.) and by Lychetus (ad loc. cit.), that it agrees in substance with St. Thomas, who (Summa, I., q. 1, a. 7.) assigns one subject, namely God under the reckoning of Deity. However the difference between both consists in this, that Scotus thinks, that this subject *God* is understood *materially*, as a thing and the cause of truths, which He contains virtually in Himself; but St. Thomas understands God in *formal* reckoning, that is as knowable and/or revealable, but not in Himself and subjectively. On this difference cf. Cajetan in his Commentarium and Macedo (Collationes doctrinae S.Thomae et Scoti, Coll. 2, diff. 4, sect 4.).

Sententia nunc communior accuratius distinguit in qualibet scientia tria obiecta: obiectum *materiale* (quod in theologia est

The now more common and more accurate opinion distinguishes in any science three objects: the *material* object (which in

omne a Deo revelatum) et duplex obiectum *formale*. Horum alterum se tenet ex parte subiecti, de quo est scientia, et est res ipsa, quae primo cognoscitur; hoc vocatur obiectum formale *quod*; alterum se tenet ex parte potentiae ut ratio, sub qua intelligimus, et vocatur obiectum formale *quo*. Hac ultima ratione illae scientiae, quae idem obiectum materiale habent, proprie distinguntur et specificantur.

theology is everything revealed by God) and the twofold *formal* object. The first of these is held on the part of the subject, concerning which the science is, and it is the thing itself, which one first becomes acquainted with; this is called the obiectum formale quod; the other is held on the part of potency as the reckoning, under which we understand it, and it is called the obiectum formale quo. By this last reckoning, those sciences, which have the same material object, are properly distinguished and specified.

Uti ex textu patet, S. Bonaventura aliter et tripliciter distinguit subiectum theologiae et secundum hanc distinctionem convenienter triplex subiectum theologiae assignat; sic diversas theologorum sententias nititur conciliare. Et notandum, quod *totum integrale* est compositum ex partibus, quae cum aliis constituunt totum, unde vocantur partes integrales. *Totum universale* vero est quodlibet superius substantiale sumtum ad suum inferius in linea praedicamentalis, ut animal ad hominem et homo ad Socratem. Ita Petrus Hispanus, Bonaventurae coaevus, in sua Summula super librum Topicorum, de locis concomitantibus. Nec sententia Seraphici contradicit S. Thomae, quo unum tantum assignat subiectum, cum hic subiectum praecise sumat ut subiectum *formale quod*. Non tamen negat S. Thomas, quod sub diversis respectibus etiam alia subiecta theologiae rationabiliter assingari possint; immo hoc in utroque loco infra citato sufficienter innuit. Ipse autem S. Bonanventura dicit in corpore questionis, et *Deum* esse subiectum, et *Christum*, et *res* et *signa* et *credibile*, tamen diversimode. Unde sibi constans in 1. conclusione ipse cum S. Thomas dicit, Deum esse subiectum theologiae; sed hoc aliter explicat, scil. ut subiectum *radicale*, ad quod omnia reducuntur ut ad principium. Hoc Trigosus intelligit de subiecto *formali adequato* et sic Seraphicum omnino ad sententiam S. Thomae trahit. Ex contextu tamen patet, intelligendum esse potius de subiecto *materiali*, quatenus Deus est *principium*, a quo omnia derivantur sive, ut dicit in Breviloquio p. I. c. 1: Subiectum, ut a quo omnia, est Deus. In 2. conclus. sub alio

As from the text it is clear, St. Bonaventure distinguishes in another and threefold manner the subject of theology and according to this distinction he conveniently assigns a threefold subject of theology; thus he strives to reconcile the diverse opinions of theologians. And it must be noted, that *the entire whole* has been composed from parts, which together with other things constitute the whole, whence the are called integral parts. But *universal whole* is any superior substantial taken according to its own inferior in the line of a predicament, as animal is to man and man to Socrates. Thus Peter the Spaniard, a contemporary of St. Bonaventure, in his Summula super librum Topicorum, on concomitant places. Nor does the opinion of the Seraphic Doctor contradict that of St. Thomas, by which only one thing is assigned as the subject, since here subject is taken precisely as the subiectum formale quod. However St. Thomas does not deny, that under diverse respects even other things can be reasonably assigned as subjects of theology; nay rather this in both places cited below he sufficiently hints at. Moreover St. Bonaventure himself say in the body of the question, both that *God* and *Christ*, and *thing* and *sign*, and *the credible* are the subject, however in diverse manners. Whence he himself establishing in conclusion 1. says together with St. Thomas, that God is the subject of theology; but he explains this in another manner, namely that He is the *radical* subject, to which all things are reduced as to their principle. This Trigosus understands of the *adequate formal* subject and thus draws the

respectu ponit Christum ut subiectum materiale adaequatum, per quod et de quo propinque omnia sciantur. In 3. conclus. ponit duplex subiectum, nempe *res* et *signa* sed sub ratione *credibilis*, et ipsum *credibile*, quatenus veritates revelatae per rationes fiunt intelligibiles et probabiles. In hac ultima conclusione vocabula *totum universale* significant subiectum *formale et attributionis*. Trigosus, Sum. S. Bonav. q. 1. a. 2. dub. 2; Hauzeur, Collatio totius theologiae, tom. I. q. 1.

Seraphic Doctor entirely towards the opinion of St. Thomas. From the context it is clear however, that it must be understood rather of the *material* subject, to the extent that God is *the principle*, from which all things are derived or, as he says in the Breviloquium, p. I, c. 1: The subject, from which all things are, is God. In conclusion 2. under another respect he posits Christ as the adequate material subject, through which and concerning which nearly all things are known. In conclusion 3. he posits a twofold subject, in fact [nempe] *things* and *signs* but under a reckoning *of the credible*, and God Himself as *credible*, to the extent that revealed truths becomes intelligible and probable through reasons. In this last conclusion the phrase *universal whole* signifies the subiectum *formale et attributionis*. Trigosus, Sum. S. Bonav. q. 1, a. 2, dub. 2; Hauzeur, Collatio totius theologiae, tom. I, q. 1..

VI. Auctores antiqui de hac quaestione tractantes: Breviloq. p. I . c. 1. — Alexander Hal., S. p. I. q. 1. m. 3. — Scotus, I. Sent. Prolog. q. 3; I. Report. Prolog. q. 1. — S. Thomas, I. Sent. Prolog. q. 1. a. 4; Sum. I. q. 1. a. 7. — B. Albertus M., Sum. p. 1. tr. 1. q. 3. m. 1; I. Sent. d. 1. a. 2. — Petrus a Tarantasia, I. Sent. Prolog. a. 3. — Richardus a Mediavilla, I. Sent. Prolog. q. 6. — Aegidius Romanus, I. Sent. Prolog. p. 1, princip. q. 1. — Henricus Gandaviensis, Sum. a. 19. a. 1. — Durandus, I. Sent. Prolog. q. 5. — Gabriel Biel, I. Sent. Prolog. q. 9.

VI. The ancient authors treating of this question: Breviloquium. p. I . c. 1. — Alexander Hales, Sum.. p. I. q. 1. m. 3. — (Bl. John Duns) Scotus, Sent., Bk. 1, Prolog., q. 3; Report., Bk. 1, Prolog, q. 1. — St. Thomas, Sent., Bk. I, Prolog., q. 1, a. 4; Summa., I., q. 1, a. 7. — Bl. (now St.) Albert the Great, Summa., p. 1, tr. 1, q. 3, m. 1; Sent., Bk. I, d. 1, a. 2. — (Bl.) Peter of Tarentaise, Sent., Bk. I, Prolog., a. 3. — Richard of Middletown, Sent., Bk. I, Prolog., q. 6. — Giles the Roman, Sent., Bk. I, Prolog., p. 1, princip. q. 1. — Henry of Ghent, Summa., a. 19. q. 1. — Durandus, Sent., Bk. I, Prolog., q. 5. — Gabriel Biel, Sent., Bk. I, Prolog., q. 9.

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PROEMIUM IN LIBRUM PRIMUM SENTENTIARUM

QUAESTIONES PROEMII

Quaestio II.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 9-12.
Cum Notitiis Originalibus

QUAESTIO II.

Quae causa formalis quive modus procendi sit in his libris Sententiarum.

Secundo quaeritur[1] de causa *formali* sive modo agendi. Et dictum est, quod est *perscrutatorius* et inquisitivus secretorum.

SED CONTRA: 1. Isaia quadragesimo:[2] *Deus dat secretorum scrutatores quasi non sint.*

2. Item, Proverbiorum vigesimo quinto:[3] *Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria.*

3. Item, Ecclesiatici tertio:[4] *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris.* Ergo, si ea quae Magister perscrutatur, sunt secreta, /

---

[1] Praeter fidem mss. et ed. 1, omissis verbis *Secundo quaeritur*, Vat. deinde addit *huius libri*. — *Et dictum est*, scilicet in Prooemio; *perscrutatorius*, id est rationativus sive rationalis, quod vocabulum S. Bonav. sumsit ex loco Iob, in principio Prooemii posito. Constat, quod, suppositis fidei principiis, per usum rationis formatur scientia theologica, cuius obiectum, ut supra q. 1. S. Doctor exposuit, est credibile, prout transit in rationem intelligibilis, et hoc per

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

FOREWORD TO THE FIRST BOOK OF THE SENTENCES

QUESTIONS ON THE FOREWORD

Question 2

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 9-12.
Notes by the Quaracchi Editors.

QUESTION 2

What is the formal cause or manner of proceeding in these Books of Sentences?

Secondly there is asked[1] concerning the *formal* cause or manner of acting. And it has been said, that it is *thoroughly scrutatory* and inquisitive of secrets.

ON THE CONTRARY: 1. In the fortieth [chapter] of Isaiah:[2] *God causes the scrutinizers of secrets (to be) as if they were not.*

2. Likewise, in the twenty-fifth [chapter] of Proverbs:[3] *The thorough scrutinizer of (His) majesty will be oppressed by (His) glory.*

3. Likewise, in the third [chapter] of Ecclesiaticus:[4] *Lest you think of things higher than you, and scrutinize things stronger than you.* Therefore, if those things which Master (Peter) thoroughly scrutinizes, are secrets, /

---

[1] Contrary to the testimony of the manuscripts and edition 1, having omitted *Secondly there is asked*, the Vatican text then adds, *of this Book*. — *And it has been said*, that is in the Foreword; *thoroughly scrutatory*, that is reasoning [rationativus] or rational, which word St. Bonaventure takes from the passage in Job, quoted at the beginning of the Foreword. It is established, that, with the principles of the faith supposed, through the use of reason theological

additionem rationis.
[2] Vers. 23.
[3] Vers. 27; Vulgata legit: *Qui scrutator est maiestatis* etc.
[4] Vers. 22.

science is formed, whose object, as above in q. 1, the Seraphic Doctor has expounded, is the credible, in so far as it passes over into the reckoning of the intelligible, and this through the addition of reason.
[2] Verse 23.
[3] Verse 27; the Vulgate reads: *He who is a scrutinizer of (His) majesty . . .*.
[4] Verse 22.

---

sunt magna, sunt alta et fortia, male Magister procedit.

4. Item, *ratione* ostenditur sic: modus procendi in parte scientiae debet esse uniformis *modo* totalis scientiae;[1] sed modus procedendi in sacra Scriptura est typicus et per modum narrationis, non inquisitionis: cum ergo liber iste pertineat ad sacram Scripturam, non debet procedere inquirendo.

5. Item, modus agendi debet esse conveniens *materiae*, de qua est; unde in principio veteris Ethicae[2] dicitur: «Sermones inquirendi sunt secundum materiam » sed materia huius doctrinae est credibile; sed credibile est supra rationem: ergo modus procedendi per rationes non convenit huic doctrinae.

6. Item, modus agendi debet esse conveniens *fini*, ad quem ordinatur scientia; sed haec scientia, ut dicit Magister in littera,[3] ordinatur ad fidei promotionem; sed rationes fidem non promovent, sed evacuant; unde Gregorius:[4] « Fides non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum » ergo talis modus contrariatur fini, ergo non est conveniens. Unde et Ambrosius:[5] « Tolle, inquit, argumenta, cum de fide agitur. Piscatoribus creditur, non dialecticis ». Vanus ergo et inutilis videtur hic modus.

are great, are high and strong, (then) Master (Peter) proceeds badly.

4. Likewise, it is shown thus *by reason*: the manner of proceeding in a part of a science ought to be uniform with the *manner* of the whole science:[1] but the manner of proceeding in Sacred Scripture is typical [typicus] and through a manner of narration, not of inquisition: therefore since that Book of his pertains to Sacred Scripture, it ought not proceed by inquiring.

5. Likewise, the manner of acting ought to be convenient to the *matter*, which it concerns; whence in the beginning of the old Ethics[2] there is said: « The subject of a conversation [sermones] must be inquired into according to (its) matter » but the matter of this doctrine is the credible; but the credible is above reason: therefore the manner of proceeding through reasons is not convenient for this doctrine.

6. Likewise, the manner of acting ought to be convenient to the *end*, towards which the science is ordered; but this science, as Master (Peter) says in the text[3] is ordained to the promotion of the faith; but reasons do not promote the faith, but empty it; whence (St.) Gregory:[4] « The faith, for which human reason offers experiment, has not merit » therefore such a manner is contrary to the end, therefore it is not convenient. Whence even (St.) Ambrose:[5] « Take away, he said, the arguments, when on is dealing with faith. It was believed by fishermen, not dialecticians ». Therefore vain and useless does this manner seem.

SED CONTRA: 1. Primae Petri tertio:[6] *Parati, omni poscenti reddere rationem de ea quae in vobis est fide et spe.* Cum ergo multi sint, qui fidem nostram impugnant, non tantum rationem de ea poscunt; utile et congruum videtur per rationes eam astruere et modo inquisitivo et ratiocinando procedere: ergo etc.

ON THE CONTRARY: 1. In the third [chapter] of First Peter:[6] *(Be) prepared, to render to everyone requesting a reason concerning that faith and hope which is in you.* Therefore since there are many, who impugn our faith, they not only request a reason concerning it; it seems useful and congruous to build towards it through reasons and to proceed by an inquisitive manner and by reasoning [ratiocinando]: ergo etc..

2. Item, Richardus de sancto Victore in libro de Trinitate:[7] « Credo sine dubio, ad quorumlibet explanationem, quae necesse est esse, non modo probabilia, sed etiam necessaria argumenta non deese, licet contingat nostram industriam latere ». Ergo cum fides nostra credat necessaria, et illa habeant rationes latentes, et talia indigeant perscrutatione, ut enodentur;[8] patet quod modus perscrutatorius maxime convenit huic scientiae.

2. Likewise, Richard of St. Victor in (his) book On the Trinity:[7] « I believe without doubt, that for the explanation of anything, what is necessary is that there be not only probable, but also that there be not lacking necessary arguments, though it may happen that our effort [industriam] be hidden. Therefore since our faith believes necessaries, those also have hidden reasons, and such need a thorough scrutinization, to be unknotted;[8] it is clear that a thoroughly scrutatory manner is most convenient to this science.

3. Item, non est peioris conditionis veritas fidei nostrae quam aliae veritates; sed in aliis veritatibus ita est, quod omnis, quae potest per rationem impugnari, potest et debet per rationem defendi: ergo pari ratione et veritas fidei nostrae.

3. Likewise, the truth of our faith is not of a worse condition than other truths; but in the other truths it is thus, that everyone, which can be impugned through reason, can be and ought to be defended through reason: therefore by an equal reason also the truth of our faith.

4. Item, non est modo fides nostra peioris conditionis quam in principio; sed in principio, quando impugnabatur per falsa miracula magorum, defendebatur per vera Sanctorum: ergo cum modo impugnetur per falsa argumenta haereticorum, debet defendi per vera argumenta doctorum.

4. Likewise, our faith is now not of a worse condition than in the beginning; but in the beginning, when it used to be impugned through the false miracles of the magicians, it used to be defended through the true ones of the Saints: therefore when it is now impugned through the false arguments of heretics, it ought to be defended through the true arguments of teachers.

CONCLUSIO.

Modus procedendi perscrutatorius sive ratiocinativus convenit huic doctrinae, cum valeat ad confundendum adversarios fidei, ad fovendum infirmos in fide, ad delectandum perfectos.

CONCLUSION

The thoroughly scrutatory or reasoned [ratiocinativus] *manner of proceeding is convenient to this doctrine, since it prevails to confound the adversaries of the faith, to warm the infirm in faith, (and) to delight the perfect.*

RESPONDEO: Dicendum, quod modus perscrutatorius convenit huic doctrinae sive libro. Cum enim finis imponat necessitatem his quae sunt ad findem; quia, sicut dicit Philosophus:[9] « Serra est dentata, quia est ad secandum » sic iste liber, quia est ad promotionem fidei, habet modum inquisitivum. Modus enim ratiocinativus sive inquisitivus valed at fidei promotionem, et hoc tripliciter secun / dum tria genera hominum.

I RESPOND: It must be said, that the thoroughly scrutatory manner is convenient for this doctrine or book. For since the end imposes a necessity for those thing which are for the end; because, as the Philosopher says:[9] « A saw is toothed, because it is for cutting » so this book of his, because it is for the promotion of the faith, it has an inquisitive manner (of proceeding). For the ratiocinative or inquisitive manner prevails for the promotion of the faith, and this in a threefold manner according / to the three genera of men.

---

[1] Cod. R propositionem maiorem sic exhibet: *modus procedendi in scientia debet convenire scientiae*.
[2] Nullius mss. auctoritate ponit Vat. *primo Ethicorum*. Lectio mss. confirmatur codice lat. 6569 Bibliothecae Regalis Parisiensis, qui continet Aristotelis Ethicam in duas partes distributam. Prima pars comprehendit *primum* Ethicorum librum estque translationis graeco-latinae, uti ex verbo *proheresis*, quod iam in principio occurrit, colligitur. Haec pars intitulatur *Ethica nova*. Secunda pars complecitur *secundum et tertium* Ethocorum librum et vocatur *Ethica vetus*. Vide Jourdain: Recherches critiques sur l'âge et l'orgine des traductions latines d'Aristote, pag. 179, ubi et de hac *Ethica veteri* adiungitur: Non videtur mihi, quod haec translatio sit aetatis multum antiquioris. Ibidem citatur alia graeco-latina translatio Ethicorum, quae in operibus S. Thomae sub nomine *Translatio vetus* invenitur, in eaque (II. c. 2.) locus a S. Bonaventura allegatus sic exhibetur: Sermones sunt expetendi secundum materiam. Similis locus habetur quidem I. Ethic. c. 3, qui tamen etiam in cit. antiqua translatione aliis verbis exhibetur: Dicetur autem utique sufficienter, si secundum subiectam materiam manifestetur. — Mox Vat., refragantibus mss. et ed. 1 pro *sed credibile* non ita bene *et credibile*, quia est minor subsumta. In hac propositione forsan respicitur illud Dionysii de Div. Nom. c. 1: Eius quidem (Divinitatis) scientia et contemplatio omnibus invia est.
[3] Infra in Prologo.
[4] Homil. 26. in Evang.
[5] Quoad hunc textum Ambrosii notamus, quod ipse tam in mss. quam in Vat. exhibetur sub nomine Hieronymi, at falso; non enim in operibus S. Hieronymi habetur, sed in Ambrosii libro I, de Fide c. 13. n. 84. his verbis proferetur: Aufer argumenta, ubi fides quaeritur. . . non creditur philosophis, creditur piscatoribus; non creditur dialecticis, creditur publicanis. — In quo textu Vat., non consentientibus antiquioribus mss. et ed. 1, ante *piscatoribus* ponit *pastoribus et*.
[6] Vers. 15, ubi Vulgata legit: Parati semper ad

[1] Codex R. exhibits the major in this manner: *the manner of proceeding in science ought to be convenient to the science.*
[2] On the basis of the authority of none of the manuscripts, the Vatican text reads *of the first Ethics*. The reading of the manuscripts is confirmed by codex lat. 6569 in the Royal Library of Paris, which contains Aristotle's Ethics arranged in two parts. The first part comprehends the *first* book of the Ethics and belongs to the Greco-Latin translation, as is gathered from the word proheresis, which found even at the beginning. This part is entitled New Ethics. The second part comprises the *second and third* book of the Ethics and is called the Old Ethics. See Jourdain's Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote, p. 179, where concerning this Old Ethics there is added: It does not seem to me, that this translation is much older in age. In the same work there is cited another Greco-Latin translation of the Ethics, which is found in the works of St. Thomas under the name *Old Translation*, and in that (II. c. 2) the passage alleged by St. Bonaventure is exhibited thus: The subjects of conversations [sermones] are to be sought out according to (their) matter. Indeed a similar passage is found in the Ethics, Bk. I, ch. 3, which is however even in the ancient translation exhibited in other words: But it is said in a sufficient manner at any rate, if it is manifested according to the subject matter. — Then the Vatican text, breaking with the manuscripts and edition 1, has in place of *but the credible*, the not so well *and the credible*, because it is the minor supposition. In this proposition there is perhaps referred to that passage from Dionysius (the Areopagite), On the Divine Names, ch. 1: Indeed the science and contemplation of His (Divinity) is impassible to all things.
[3] Cf. the Prologue.
[4] Homil. 26. in Evang.
[5] In regard to this text of (St.) Ambrose we note, that it is exhibited both in the manuscripts and in the Vatican text under the name of (St.) *Jerome*, but falsely; for it is not found in the works of St.

satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe. — Mox lectionem Vat. *utique* pro *non tantum*, in quae et constructio propositionis perturbatur et sensus ipsius non integre redditur, emendamus ex fere omnibus mss. (aliqui ut H ff falso habent *non tantum*) et ed. 1. Cod. B vero bene explicans aliorum codd. lectionem ponit *et non tantum*. Mox cod. R non ita bene *eos instruere* loco *eam astruere*; et immediate post ex codd. A F G H I R S T etc. cum ed. 1 *inquisitivo* pro *inquisitorio* substituimus.

[7] Libr. I. c. 4. — Vat., reluctantibus mss. et ed. 1, circa initium huius textus mittit relativum *quae* et verbum *est*, quibus omissis sensus omnino perturbatur.

[8] Plures codd. ut M P Z cum ed. 1 *enucleentur*.

[9] Aristot., II. Phyus. in fine, text. 92, ubi legitur: Haec autem (divisio sive sectio) non erit, nisi serra habeat dentes tales. Et I. de Partib. animal. c. 5: Non enim sectio serrae gratia facta est, sed serra sectionis gratia.

Jerome, but in (St.) Ambrose's book, On the Faith, Bk. 1, ch. 13, n. 84 these words are cited: Bear off arguments, where faith is sought . . . it is not believed by philosophers, it is believed by fishermen; it is not believed by dialecticians, it is believed by publicans. — In which text, the Vatican text, not agreeing with the more ancient manuscripts and edition 1, places *shepherds and* before *fishermen*.

[6] Verse 15, where the Vulgate reads: Always prepared for the satisfaction of everyone requesting (from) you a reason concerning that hope which is in you. — Then the reading of the Vatican text, having *at any rate* in place of *not only*, in which both the construction of the proposition is perturbed and its sense is not rendered integrally, we have emended from nearly all the manuscripts (some as H and FF have falsely *not only*) and from edition 1. But codex B, well explaining the reading of the other codices, has *and not only*. Then codex R has not so well *instructing them* in place of *building towards it*; and immediately afterwards from codices A F G H I R S T etc. together with edition 1 we have substituted *inquisitive* in place of *inquisitory*.

[7] Book I, ch. 4. — The Vatican text, with the manuscripts and edition 1 disagreeing, introduces the relative *which* and the word *is* around the beginning of this quote, which having been omitted entirely altered the sense (of the text).

[8] Very many codices, as M P and Z together with edition 1 have *be thoroughly explained* [enucleentur].

[9] Aristotle, Physics, Bk. II in fine, text 92, where there is read: But this (dividing or cutting) will not be, unless the saw have such teeth. And On the Parts of Animals, Bk. I, ch. 5: For the cutting has been made for the sake of the saw, but the saw for sake of cutting.

---

p. 11

secun / dum tria genera hominum. Quidam enim sunt fidei *adversarii*, quidam sunt in fide *infirmi*, quidam vero *perfecti*.
3. St. Bonaventure here expressly does not name theology an *affective* science; however the third member of the division, that it comprises the speculative and practical in itself, cannot, together with Bl. (now St.) Albert the Great and the other ancient authors, be inaptly distinguished by this word, when attending to the principle end, which is charity in the affection. For from the principle end anything can be well named. — Of the twofold genus of cognition, namely, speculation and devotion, cf. the Commentary, Bk. III., d. 35, q. 1.

IV. De tota questione: Alex. Hal., S. P. I. q. 1, m. 1 et 2. — Scot., I. Sent. Prolog. q. 4. — S. Thom., I. Sent. Prolog. q. 1. a. 3; S. I. q. 1. a. 4. — B. Albert., S. p. I. tr. 1. a. 3. m. 3; I. Sent. d. 1. a. 4. — Petr. a Tar., I. Sent. Prolog. a. 4. — Richard. a Med., Prolog. q. 4. — Henr. Gand., S. a. 8. q. 3. et seqq. — Dionys. Carth., I. Sent. prolog. q. 2. — Durand., I. Sent. Prolog. q. 6. — Biel, I. Sent. Prolog. q. 12.

IV. On this whole question: Alexander of Hales, Summa., p. I. q. 1, m. 1 et 2. — (Bl. John Duns) Scotus, Sent., Bk. I, Prolog., q. 4. — St. Thomas, Sent., Bk. I, Prolog., q. 1, a. 3; Summa. , I., q. 1, a. 4. — Bl. (now St.) Albert., Summa., p. I, tr. 1, a. 3, m. 3; Sent., Bk. I, d. 1, a. 4. — (Bl.) Peter of Tarentaise, Sent., Bk. I, Prolog., a. 4. — Richard of Middletown, Prolog., q. 4. — Henry of Ghent, Summa., a. 8. q. 3 ff.. — (Bl.) Denis the Carthusian, Sent., Bk. I, prolog., q. 2. — Durandus, Sent., Bk. I, Prolog., q. 6. — (Gabriel) Biel, Sent., Bk. I, Prolog., q. 12.

S. Bonaventurae Bagnoregis

S. R. E. Episc. Card. Albae atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in

St. Bonaventure of Bagnoregio

Cardinal Bishop of Alba & Doctor of the Church

Commentaries on

Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

PROEMIUM IN LIBRUM PRIMUM SENTENTIARUM

QUAESTIONES PROEMII

Quaestio IV.

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 14-15.
Cum Notitiis Originalibus

QUAESTIO IV.

Quae sit causa efficiens sive auctor huius libri.

Postremo ad maiorem evidentiam potest quaeri[1] de causa *efficiente*. Et dicitur fuisse Magister Petrus Lombardus, Parisiense Episcopus. Sed quod non debeat dici *auctor* huius libri, videtur.[2]

1. Ille solus dicendus est auctor libri, qui est doctor sive auctor doctrinae; sed, sicut dicit Augustinus in libro de Magistro:[3] « Solus Christus est doctor » : ergo solus debet dici huius libri auctor.

2. Item, sicut dicit Philosophus in Ethica veteri:[4] « Non quicumque facit grammaticalia vel musicalia, debet dici grammaticus vel musicus, utpote si faciat casu, vel fortuna, vel alio supponente sive dicente »; sed Magister hoc opus composuit ex aliena doctrina, sicut ipse dicit in littera,[5] quod « in hoc opere maiorum exempla doctrinamque reperies »: ergo non debet dici auctor.

Si tu dicis,[6] quod non tantum hic est doctrina Sanctorum, sed etiam sua, ratione cuius debet dici auctor; *contra*: « A maiori et digniori debet fieri denominatio »;[7] sed Magister dicit, quod « paulisper vox sua insonuit, et tunc a paternis limitibus non dicessit »: ergo non deberet iste liber dici esse Magistri.

the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

FOREWORD TO THE FIRST BOOK OF THE SENTENCES

QUESTIONS ON THE FOREWORD

Question 4

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 14-15.
Notes by the Quarrachi Editors.

QUESTION 4

What is the efficient cause or author of this book?

Lastly for greater evidence one can ask[1] concerning the *efficient* cause. And it is said that it was Master Peter Lombard, Bishop of Paris. But it seems that he ought not be called the *author* of this book.[2]

1. He alone is to be called the author of a book, who is a teacher or author of doctrine; but, as (St.) Augustine says in the book On the Teacher:[3] « Christ alone is Teacher » therefore He alone ought to be called the author of this book.

2. Likewise, as the Philosopher says in the Old Ethics:[4] « Not everyone who makes (things) grammatical or musical, ought to be called a grammarian and/or musician, as (is the case) if it happens on occasion, by fortune, and/or by another substituting or speaking »; but Master (Peter) composed this work from another's doctrine, as he himself says in (his) text,[5] that « in this work you will find the examples and doctrine of (our) elders » therefore he ought not be called (its) author.

If you say,[6] that this is not only the doctrine of the Saints, but also his own, by which reckoning he ought to be called the author: *on the contrary*: « From the greater and more worthy ought a denomination come to be »;[7] but Master (Peter) says, that « his own voice sounded out a little while, and then did not depart from the limits of (our)

CONTRA: Constat quod Deus hoc opus non scriptsit digito suo, ergo habuit alium, creatum auctorem;[8] sed non est dare alium nisi Magistrum.

Item, si auctoritas Magistri in hac causa recipitur, ipse dicit in littera:[9] « In multo labore et sudore hoc volumen, Deo praestante, compegimus »: ergo videtur, quod ipse fuit auctor praesentis libri.

CONCLUSIO.

Petrus Lombardus, Episcopus Parisiensis, est auctor huius libri.

RESPONDEO: Ad intelligentiam dictorum notandum, quod quadruplex est modus faciendi librum. Aliquis enim scribit aliena,[10] nihil addendo vel mutando; et iste mere dicitur *scriptor*. Aliquis scribit aliena, addendo, sed non de suo; et iste *compilator* dicitur. Aliquis scribit et aliena et sua, sed aliena / tamquam principalia, . . .

fathers »: therefore that book ought not be said to be Master(Peter)'s.

ON THE CONTRARY: It is established that God did not write this book with His finger, therefore it had another, created author;[8] but no other is given except Master (Peter).

Likewise, if the authority of Master (Peter) is received in this case, he himself says in (his) text:[9] « In much labor and sweat, with God as (our) surety, we have compiled this volume »: therefore it seems, that he himself was the author of the present book.

CONCLUSION

Peter Lombard, the Bishop of Paris, is the author of this book.

I RESPOND: For an understanding of the things said, it must be noted, that fourfold is the manner of making a book. For one writes another's (words),[10] by adding and/or changing nothing; and that one is called merely a *writer*. Another writes another's (words), by adding, but not from his own; and that one is called a *compiler*. Another writes both his own words and another', but the other's / as the principle ones, . . .

---

[1] Suffragante nullo codice, Vat., omissis praecedentibus verbis, incipit ab istis: *De causa*.
[2] Vat. adiungit *sic*, quod tamen deest in mss. et sex primis edd.
[3] Colligitur ex c. 14. Cfr. etiam Expos. in Epist. I. S. Ian. Tract. 4.
[4] Verba Aristotelis (II. Ethic. c. 4.) iuxta antiquam translationem in operibus S. Thomae (Parmae 1867) sunt: Vel neque in artibus ita (res) se habet? Contingit enim grammaticum quid facere a casu et alio supposito; tunc igitur grammaticus, si grammaticum quid faciat et grammatice. — Vide supra q. 2. arg. 5 ad opp. — Vat. sola post Ethica omittit *veteri*. — Codd. I L N O V X *vel docente* pro *sive dicente*.
[5] In Prolog. — Ex mss. et sex primis edd. substituimus *sicut* loco *nam* et mox supplevimus omissum *quod*.
[6] Plures codd. A H I K T etc. *dicas*.
[7] Aristot., II. de Anima text. 49. (c. 4.): *A fine appelari omnia iustum est*. Finem autem Aristot. diversis in locis (II. Phys. text. 23. et V. Metaph. text. 3.) dicit esse *optimum rei*. — Verba Magistri mox citata vide infra in Prolog. Vat. praeter fidem mss. et ed. 1 in prima parte verborum Magistri post *quod* addit *si* et ulutimam eorum partem ita exhibet: *non tamen a paternis limitibus discessit*. Sed notandum, quod S. Doctor saepe saepius verba sive Magistri sive S. Patrum non verbotenus, sed tantum ad sensum recitet. — Mox ex pluribus codd. C F G I K L R S T etc.

[1] With no codex supporting, the Vatican text, having omitted the preceding words, begins from: *of the efficient cause*.
[2] The Vatican text adjoins *this*, which however is lacking in the manuscripts and the six first editions.
[3] This is taken from ch. 14. Cf. also The Exposition on the First Epistle of St. John, Tract 4.
[4] The words of Aristotle (Ethics, Bk. II, ch. 4) according to the ancient translation among the works of St. Thomas (Parma 1867) are: And/or is (a thing) thus held neither in the arts? For does happen that a grammarian makes something by chance and with another substituting; therefore (he is) then a grammarian, if as a grammarian he also makes something grammatical. — See above q. 2. argument 5 in reply. — The Vatican text alone omits *Old*. — Codices I L N O V and X have *and/or teaching* in place of *or speaking*.
[5] In the Prologue. — From the manuscripts and the six first editions we have substituted *as* in place of *for* and next we have supplied the omitted *that*.
[6] Very many codices A H I K T etc. have *you may say*.
[7] Aristotle, On the Soul, Bk. II, text 49 (ch. 4): *From (their) end it is just that all things be named*. Moreover Aristotle in diverse places (Physics, Bk. II, text 23 & Metaphysics, Bk. V, text 3) calls the end the *best (part) of a thing*. — For the words of Master (Peter) cited next, see below in the Prologue. The Vatican text, against the testimony of the manuscripts and edition 1, in the first part of the

deberet posuimus pro *debet*.
[8] Vat. cum recentiori cod. cc, omisso *creatam*, non bene habet *doctorem* pro *auctorem*, antiquioribus mss. et. ed. 1 reluctantibus.
[9] In Prologo; vide infra. — In prima propositione huius argument post *Item* ex antiquioribus mss. et ed. 1 adiecimus *si* et dein substituimus *causa* pro *parte*, quae lectio iam ex isto adagio: Nemo in propria causa est iudex, praeferenda videtur. — Mox post *recipitur* in Vat. additur *ideo cum*, quod abest a mss. et ed. 1.
[10] Vat. et recentior cod. cc non cohaerenter cum consequentibus habent *alienam materiam*, obnitentibus antiquioribus mss. et ed. 1.

words of Master (Peter) adds *if* after *that* and exhibits the last part of them thus: *he does not, however, depart from the limits of the Fathers*. But it must be noted, that the Seraphic Doctor much more often cites either the words of Master (Peter) or of the holy Fathers not word-for-word, but only according to (their) sense. — Next from very many of the codices C F G I K L R S and T etc. we have put *ought* [deberet] in place of *ought* [debet].
[8] The Vatican text together with the more recent codex cc, having omitted *created*, has the not so well *teacher* in place of *author*, in disagreement with the more ancient manuscripts and edition 1.
[9] In the Prologue; v. infra.. — In the first proposition of this argument we have inserted *if* from the more ancient manuscripts and edition 1 and then we have substituted *case* in place of *part* [parte], which reading now seems to be preferred, according to that adage: No one is a judge in his own case. [Trans.: the Latin, parte, is a just-as-suitable, classical usage.] — Next after *is received* in the Vatican text there is added *for that reason since*, which is absent from the manuscripts and edition 1.
[10] The Vatican text and the more recent codex cc, incoherently with what follows, have *another's matter*, with the firm opposition of the more ancient manuscripts and edition 1.

---

p. 15

tamquam principalia, et sua tamquam annexa ad evidentiam; et iste dicitur *commentator*, non auctor.[1] Aliquis scribit et a sua et aliena, sed sua tanquam principalia, aliena tamquam annexa ad confimationem; et talis debet dici *auctor*. Talis fuit Magister, qui[2] sententias suas ponit et Patrum sententiis confirmat. Unde vere debet dici auctor huius libri.

as the principles one, and his won as those annexed for evidence; and that one is called a *commentator*, not an author.[1] Another writes both his own and another's, but his own as the principle ones, the other's as things annexed for confirmation; and such ought to be called an *author*. Such was Master (Peter), who[2] put (forth) his own sentences and confirms the sentences of the Fathers. Whence he truly ought to be called the author of this book.

1. Quod ergo obiicitur, quod solus Christus est doctor et auctor; dicendum, quod sicut dicit Augustinus in libro de Doctrina chirstiana,[3] docere est dupliciter, sicut dicitur dupliciter aliquis facere videre. Aliter enim facit videre qui visum restituit, aliter, qui visibile digito ostendit; et[4] primum facit Deus, secundum homo. Similiter aliter docet qui scientiam, quam habet in anima,[5] verbo vel scripto offert vel ostendit, aliter, qui habitum scientiae imprimit; uterque tamen dicitur doctor et auctor, sed Deus principalius; sic[6] in proposito.

1. Therefore because it is objected, that Christ alone is Teacher and Author; it must be said, that as (St.) Augustine says in the book On Christian Doctrine,[3] teaching is twofold, as anyone is said in a twofold manner to cause seeing. For in one way he causes seeing who has restored sight, another way, he who shows the visible thing with (his) finger; and[4] God does the first, man the second. Similarly in one way he teaches, who offers and/or shows the science, which he has in (his) soul,[5] (to others) by word and/or writing, in another, he who impresses the habit of science; each, however, is called a teacher and author, but God more principally; so[6] in the

proposed (objection).

2. Quod obiicitur, quod fecit[7] librum, alio supponente; dicendum, quod non ideo dicitur facere aliquis, supponente alio, quia[8] ab alio didicit — tunc enim pauci essent doctores vel grammatici — sed si omnino scientia eius dependet ab alio, ita quod non habet habitum intra, sicut illi qui faciunt bonum latinum, quia alii eis[9] dixerunt, sed ipsi ignorant artem; hoc modo non fuit Magister. Nam a scientia, quam acquisierat longo tempore vel labore, hoc opus composuit et per doctrinas Patrum suas sententias[10] confirmavit. Et quod sunt ibi multa dicta aliorum, hoc non tollit Magistro auctoritatem, sed potius eius auctoritatem confirmat[11] et humilitatem commendat.

2. Because it is objected, that he made[7] the book, with another substituting; it must be said, that no one for that reason is said to make, with another substituting, because[8] he has learned from another — for then few would be teachers and/or grammarians — but if his science depends entirely on another, so that he does not have the habit inside, as those who write good Latin, because others have told them,[9] but themselves are ignorant of the art; in this manner Master (Peter) was not (the author). For by the science, which he had acquired over a long time and/or with labor, he composed this work and through the doctrines of the Fathers confirmed his own sentences[10]. And because there are many things said there by others, this does not take away from the Master's authority, but rather confirms his authority[11] and commends (his) humility.

---

[1] Sequimur codd. R T X ee addendo *non auctor*, quae lectio et ex se et ex subnexis probatur, in super ex falsa lectione multorum codd. ut A B F H I M V W Y Z aa bb cc ff cum ed. 1 *et auctor* confirmatur.
[2] Fide mss. et ed. 1 mutavimus *quoniam* in *qui*. Mox plures codd. ut F H I O T U aa et ed. 1 *per Patrum sentientias*.
[3] In Prooemio, ubi haec Augustini sententia quoad sensum verborum invenitur.
[4] In Vat. deest particula *et* a mss. ed ed. 1 exhibita.
[5] Falsam lectionem Vat. et cod. cc *alium* pro *anima* emendamus ope aliorum mss. et ed. 1.
[6] Substituimus ex codd. D F H R aa ee et ed. 1 *sic* loco *sicut*; quae lectio sincerior nobis videtur eo , quod per particulam *sic* applicatio generalium principiorum in praecedentibus nondum facta, sed iam facienda melius indicatur. Codd. D ee et ed. 1 addunt *est*.
[7] Subaudi: Magister.
[8] Codd. B C D G H K O S U V ee ff cum ed 1 *qui* pro *quia*, cod. A *quae*, sed non bene propter superius positum *non ideo*. Paulo post Vat. contra mss. et ed. 1 *dependeat* pro *dependet* et *habeat* loco *habet*.
[9] Lapsum librariorum in Vat. *ei* pro *eis* emendavimus; paulo post reposuimus *fuit* loco *fecit librum istum* auctoritate mss. et ed. 1.
[10] Codd. F O X *per doctrinas et Patrum sententias*; lectio non spernenda, a qua codd. H S V et ed. 1 in eo tantum discedunt, quod omittant particulam *et*. Cod. R *per catholicas Patrum sententias*.
[11] Non ita bene Vat. cum recentiori cod. cc omittit *confirmat*, quod tamen in antiquioribus mss. et ed. 1 habetur.

---

[1] We follow codices R T X and ee by adding *not an author*, which reading is proved both from itself and from what follows, as is confirmed besides from the false reading of many of the codices as A B F H I M V W Y Z aa bb ee and ff together with edition 1, which have *also an author*.
[2] Trusting in the manuscripts and edition 1 we have changed *since* into *who*. Next very many of the codices as F H I O T U aa and edition 1 have *through the sentences of the Fathers*.
[3] In the Foreword, where this sentence of (St.) Augustine is found in regard to its sense.
[4] In the Vatican text the particle *and*, present in the manuscripts and edition 1, is lacking.
[5] The false reading of the Vatican text and codex cc, which have *in another* in place of *in (his) soul*, we emend with the help of the other manuscripts and edition 1.
[6] We have substituted from codices D F H R aa ee and edition 1 *so* in place of *as*; which reading seems to us more sincere for this, that by the particle *so* an application of general principles in the preceding matters has not yet been made, but now a better way for it to be done is indicated.
[7] Understand here: Master (Peter).
[8] Codices B C D G H K O S U V ee and ff together with edition 1 have *who* in place of *because*, codex A has *which*, but this is not good on account of the above placed *for that reason . . . not*. A little afterwards the Vatican text, against the manuscripts and edition 1, has *depends* [dependeat] for *depends* [dependet] and *have* [habeat] for *have* [habet].
[9] The lapsus of the copyist in the Vatican text *ei* for *eis* we have emended; a little afterwards we have replaced *was . . . (author)* instead of *made that book*

on the authority of the manuscripts and edition 1.
[10] Codices F O and X have *through the doctrines and sentences of the Fathers*; a reading not to be spurned, from which only codices H S V and edition 1 depart in this, that they omit the particle *and*. Codex R has *through the catholic sentences of the Fathers* [trans.: i.e. through their unanimous opinions].
[11] Not so well does the Vatican text together with codex cc omit *confirms*, which is, however, had in the more ancient manuscripts and edition 1.

 The / symbol is used to indicate that the text which follows appears on the subsequent page of the Quarrachi Edition. The translation of the notes in English corresponds to the context of the English text, not that of the Latin text; likewise they are a freer translation that that which is necessitated by the body of the text. Items in square [ ] brackets contain Latin terms corresponding to the previous English word(s), or notes added by the English translator.

Magistri Petri Lombardi

Arch. Episc. Parisiensis

Sententiarum Quatuor Libri

LIBER PRIMUS SENTENTIARUM.

DE DEI UNITATE ET TRINITATE

PROLOGUS IN LIBROS SENTENTIARUM.[1]

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 16-22.
Cum Notitiis Editorum Quarrachi

Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophylacium Domini mittere,[2] ardua scandere, opus ultra vires nostras agere praesumsimus, consummationis fiduciam laborisque mercedem in Samaritano[3] statuentes, qui, prolatis in curationem semivivi duobus denariis, supereroganti cuncta redere professus est. Delectat nos veritas pollicentis, sed terret immensitas laboris: desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus Dei. « Quo[4] inardescentes, fidem nostram adversus errores carnalium atque animalium hominum » Davidicae turris clypeis munire vel potius munitam ostendere ac theologicarum inquisitionum abdita aperire nec non et sacramentorum ecclesiaticorum pro modico[5] intelligentiae nostrae notitiam traducere studuimus, « non valentes studiosorum fratrum votis iure

Master Peter Lombard

Archbishop of Paris

The Four Books of Sentences

THE FIRST BOOK OF THE SENTENCES

ON THE UNITY AND TRINITY OF GOD

PROLOGUE TO THE BOOKS OF SENTENCES.[1]

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 16-22.
Notes by the Quarrachi Editors.

Desiring with the poor woman to place something from our penury and meagerness into the guardhouse of the Lord's treasury,[2] (and) to scale (its) steep (steps), we have presumed to do a work beyond our strength, placing (our) trust in (its) consummation and recompense in the Samaritan's labors,[3], who, having offered two denarii to care for the half-alive man, professed to render the rest to the one paying out more. The truth of the One proffering delights us, but the immensity of the labor frightens: the desire of making progress exhorts, but the infirmity of failing discourages, which (infirmity) zeal for the house of God conquers. « Catching fire from this (zeal),[4] our faith against the errors of carnal and animal men » we have studied to wall with the round shields of the Tower of David and/or to show rather that (it is) walled and to open those things withdrawn

resistere, eorum in Christo laudabilibus studiis lingua ac stilo nos servire flagitantium, quas bigas in nobis agitat Christi caritas ».[6]

from theological inquiries and also to put on display [traducere] the knowledge of ecclesiastical sacraments to the limited extent[5] of our understanding, « not prevailing to resist lawfully the resolute wishes [votis] of the studious brothers, to serve the laudable studies in Christ of those entreating (us) with tongue and stylus, which as a chariot in us the charity of Christ puts in motion ».[6]

« Quamvis[7] non ambigamus, omnem humani eloquii sermonem calumniae atque contradictioni aemulorum semper fuisse obnoxium, quia, dissentientibus voluntatum motibus, dissentiens quoque fit animorum sensus », « ut, cum omne dictum veri ratione perfectum sit, tamen, dum aliud aliis aut videtur aut complacet, veritati vel non intellectae vel offendenti[8] impietatis error obnitatur, ac voluntatis invidia resultet », « quam *Deus huius saeculi operatur* in illis *diffidentiae filiis*,[9] qui non rationi voluntatem subiiciunt nec doctrinae studium impendunt, sed his quae somniarunt sapientiae verba coaptare nituntur, non veri, sed placiti rationem sectantes, quos iniqua voluntas non ad intelligentiam / veritatis, . . .

« Although[7] we do not dispute, that every sermon of human speech has always been obnoxious to the calumny and contradiction of rivals, because, with dissenting movements of wills, the sensing of spirits also becomes dissenting », « so that, although every saying of truth [dictum veri] is perfected by reason, however, while it appears or pleases others differently [aliud aliis], the error of impiety strives against the truth (which is) not understood and/or offending,[8] and there results envy of will », « which *the god of this age works* in those *sons of diffidence*,[9] who do not subject (their) will to reason nor expend (their) study on doctrine, but strive to adapt the words of wisdom with those things for which they are dreaming, seeking not a reason for truth, but for pleasure, whom an iniquitous will incites not towards the understanding / of the truth . . .

---

[1] Editiones et codices, quos contulimus, aut omittunt hanc epigraphem, aut varie exhibent; cumque non sibi constent, nihil est cur in ea aliquid immutemus. Editores Vaticani, editionem 2 secuti, hunc prologum in tres partes diviserunt, singulas singulis titulis distinguentes, at contra fidem omnium codicum nec non aliarum editionum, quorum auctoritate divisionem sustulimus, titulis contractis et in marginem reiectis. Ipse S. Bonaventura in Commentario hunc prologum in duas partes principales dispertit in margine notatas.

[2] Respicitur illud Luc. 21, 2; et Marc. 12, 42. — Mox post verbum *scandere* in sola ed. 8 additur coniunctio *et*.

[3] Alluditur ad Luc. 10, 35.

[4] Haec verba, paucis mutatis vel transpositis a Magistro, ita leguntur apud August. II. de Trin. n. 1: « Pro studio, quo fidem nostram adversus errorem carnalium et animalium hominum muniri inardesco, necesse est me pati ». Omnes codd. et edd. cum Vat. legunt *atque* pro *et*. *Errorem* vero pro *errores* habet cum Augustino etiam ed. 2, quam tamen, contradicentibus omnibus codd. ceterisque edd., sequi non licet, cum perfamiliare fuerit Magistro verba, quae aliunde accipit, in usum suum mutare, ea per varios casus inflectendo, trasponendo et

[1] The editions and codices, which we have conferred, either omit this epigraph, or exhibit it differently; and since they are not consistent, there is no basis for us to make any change. The editors of the Vatican text, having followed edition 2, divided this prologue into three parts, distinguishing each with its own title—having contracted the titles and left them in the margin—but (this they did) not trusting in all the codices nor in the other editions, by whose authority we have supported the division. St. Bonaventure himself separated this prologue in (his own) Commentary into two principle parts, as noted in the margin.

[2] A reference to Luke 21:2 and Mark 12:42. Immediately after the word *scale* [scandere], there is added in edition 8 alone, the conjunction *and* [et].

[3] An allusion to Luke 10:35.

[4] These words, having been changed a little and/or transposed by Master (Peter), are thus read in Augustine's On the Trinity, Bk. II, n. 1: « On behalf of the study, by which I am catching fire to wall our faith against the error of carnal and animal men, it is necessary that I suffer » All the codices and editions together with the Vatican text read *and also* [atque] for *and* [et]. But even edition 2 has *error* [error] in place of *errors* [errores] together with Augustine,

minuendo, vel de suo alia interponendo et addendo. Quod non semel lectoribus observandi occasionem dabimus.

[5] Cod. B cum omnibus edd. legit *pro modulo*, refragantibus Codd. A C D E cum aliis plurimis, quod Florentiae et Pataviae consuluimus. In cod. D manus altera saeculi XV. scripsit ad marginem *pro modulo*: glossema, quod forte in aliis mss. a margine in textum irrepsit et inde in editis obtinuit.

[6] August. loc. cit. « . . . fratribus autem non valeam resistere, iure, quo eis servus factus sum, flagitantibus, ut eorum in Christo laudabilibus studiis lingua ac stilo meo, quas bigas in me caritas agitat, maxime serviam ».

[7] Hilar. de Trin. libr. x. n. 1: « Non est ambiguum, omnem humani eloquii sermonem contradictioni obnoxium semper fuisse: quia dissentientibus voluntatum motibus, dissentiens quoque fit sensus animorum; cum adversantium affectione compugnans, assertionibus his, quibus offenditur, contradicit. Quamvis enim omne dictum veri ratione perfectum sit, tamen, dum aliud aliis aut videtur, aut complacet, patet veritatis sermo adversantium reponsioni: quia contra veritatem aut non intellectam aut offendentem vel stultae vel vitiosae voluntatis error obnititur. Immoderata enim est omnis susceptarum voluntatum pertinacia; et indeflexo motu adversandi studium persistit, ubi non rationi voluntas subiicitur nec studium doctrinae impenditur, sed his quae volumus rationem conquirimus, et his quae studemus doctrinam coaptamus. Iamque nominis potius quam naturae erit doctrina, quae fingitur: et non iam veri manebit ratio, sed placiti, quam sibi voluntas magis ad defensionem placentium coaptaverit, non quae voluntatis instinctum per intelligentiam veri rationabilis incitabit ». Dein post verba *placentium incitat*, totidem omissis quot attulit, sequentia usque ad *foedere bellant* ex eodem Hilario ibidem n. 2. passim excerpsit Magister. Tum ad Hilar. n. 1. rediens, ut pauca illa: *Inter veri namque* usque *tuetur*, accipiat, ubique pro more suo etiam in iis, quae accipit, aliquid demit, mutat interpolatque.

[8] Vat. male et contra codd. et fere omnes edd. addit *et* ante *impietatis*, et mox legit *obnititur* et *resultat*.

[9] II. Cor. 4, 4. et Eph. 2, 2. — Vat. *saeculi huius* pro *huius saeculi*, sed renitentibus omnibus mss. cum edd. 1, 8 atque ipso sacro textu, et mox post *filiis* adiungit *suis* contra codd. et edd. omnes et ipsam Vulgatam, ubi legitur: *operatur in filios diffidentiae*.

which (edition), however, having contradicted all the codices and the other editions, is not licit to follow, since it was a thoroughly familiar thing to Master (Peter) to change the words, which he accepted from another, for his own use, by inflecting, transposing and lessening them through various cases, and/or interposing and adding others of his own. Which we shall give the readers occasion for observing more than once.

[5] Codex B with all the editions reads *to the small measure* [pro modulo], breaking with codices A C D and E together with many others, which we have consulted at Florence and Padua. In codex D another hand in the 15th century wrote on the margin *to the small measure* [pro modulo]: a gloss, which perhaps crept into the text from the margin in other manuscripts and from there was retained in the editions.

[6] St. Augustine loc. cit.: « . . . but I may not prevail in resisting the brothers, lawfully, from this that I have been made their servant, entreating (me as they do), to serve most of all their laudable studies in Christ with my tongue and stylus, which as a chariot in me charity puts in motion ».

[7] St. Hilary (of Poitiers), On the Trinity, Bk. X, n. 1: « There is no dispute, that every sermon of human speech has always been obnoxious to contradiction: because with dissenting movements of wills, the sensing of spirits also becomes dissenting; since being pricked by the affection of adversaries, it contradicts those assertions, by which it is offended. For although every saying of truth is made perfect by reason, however, so long as it either appears, or pleases, others differently [aliud aliis], the sermon of the truth lies open to the response of adversaries: because against the truth, either not understood or offending, the error of the foolish and/or vicious will strives. For unmeasured is every pertinacity of the wills that have undertaken (such things); and by an undeflected movement a study to resist [adversandi] persists, where a will is not subjected to reason nor study spent on doctrine, but we seek out a reason for those things which we want, and we adapt doctrine with those things for which we strive [studemus]. And hence [iam] in name [nominis] rather than in reality [naturae] will be the doctrine, which is fashioned: and there will remain no longer a reason for truth, but for pleasure, which (reason) one's own will has adapted more for the defense of pleasant things, which the instinct of a will will not incite through the understanding of a reasonable truth ». Then after the words *pleasant things* [placentium incitat], having omitted as much as he quotes, Master (Peter) copies the passage up to *against the truth* [foedere bellant] from the same Hilary ibid. n. 2 ff.. Then returning to St. Hilary, n. 1, those few (words): *For between the assertion* [Inter veri namque] up to *guards itself* [tuetur], he accepts, everywhere as is his custom even in those things, which he accepts, he subtracts, changes and interpolates something.

[8] The Vatican text, against both the codices and nearly all the editions, adds badly *and* [et] before *of impiety* [impietatis], and then has the indicative for

strives [obnititur] and *results* [resultat].
.[9] 2 Cor. 4:4 and Eph. 2:2. — The Vatican text has *of age this* [saeculi huius] in place of *of this age* [huius saeculi], but all the manuscripts together with editions 1 and 8 and the Sacred Text itself oppose this, and then at *sons* [fillis] it adds *his own* [suis] against the codices and all the editions and the Vulgate itself, where there is read: *works in sons of diffidence* [operator in filios diffidentiae].

---

p. 17

veritatis, sed ad defensionem[1] placentium incitat, non desiderantes doceri veritatem, sed ab ea *ad fabulas convertentes auditum*.[2] Quorum professio est magis placita quam docenda conquirere nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare. *Habent rationem sapientiae in superstitione*:[3] quia fidei defectionem sequitur hypocrisis mendax, ut sit vel[4] in verbis pietas, quam amiserit conscientiae, ipsamque simulatam pietatem omni[5] verborum mendacio impiam reddunt, falsae doctrinae institutis fidei sanctitatem corrumpere molientes auriumque pruriginem sub novello sui desiderii dogmate aliis ingerentes, qui contentioni studentes contra veritatem sine foedere bellant ». « Inter veri namque assertionem et placiti defensionem pertinax pugna est, dum se et[6] veritas tenet, et se voluntas erroris tuetur ». Horum igitur et[7] Deo odibilem ecclesiam evertere atque ora oppilare, ne virus nequitiae in alios effundere queant, et lucernam veritatis in candelabro exaltare volentes,[8] in labore multo ac sudore hoc volumen, Deo praestante, compegimus ex testimoniis veritatis in aeternum fundatis, in quatuor libros distinctum.

of the truth, but to the defense[1] of pleasant things, not desiring to be taught the truth, but *converting themselves* away from it *towards the hearing of fables*.[2] Whose profession is more a pleasantry [placita] than a seeking out of things to be taught, and not a desiring of things to be taught, but an adapting of doctrine with things desired. *They have a reason for (their) wisdom in superstition*:[3] because mendacious hypocrisy follows defection from the faith, so that even[4] in (their) words there is a piety, which has lost (its) conscience, and they render that simulated piety impious with every[5] mendacity of words, contriving to corrupt the sanctity of the Faith with the instructions of false doctrine and forcing upon others an itching of the ears under the novel dogma of their own desire, who as students of contention war without the restraint of treaties [sine foedere] against the truth ». « For between the assertion of truth and the defense of pleasure there is a persistent battle, so long as both[6] the truth grasps itself and the will for error guards itself ». Therefore lest they be able to pour forth the venom of their iniquity upon others, to both[7] turn the Church into (something) hateful to God and to stop up mouths of these (Her sons), we willing[8] to exalt the light of the truth upon a candlestick, in much labor and sweat, with God as (our) surety, have compiled this volume in four distinct books, from the testimonies of the truth founded in eternity.

In quo maiorum exempla doctrinamque reperies,[9] in quo per dominicae fidei sinceram professionem vipereae doctrinae fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrandae veritatis complexi nec periculo impiae professionis inserti,[10]

In which you shall again find[9] the examples and doctrine of (our) elders, (and) in which we have brought to light through a sincere profession of faith in the Lord [dominicae fidei] the fraudulence of the viper's doctrine,

temperato inter utrumque moderamine utentes. Sicubi vero parum vox nostra insonuit,[11] non a paternis dicessit limitibus. « Non igitur debet hic labor cuiquam pigro vel multum docto videri superfluus, cum multis impigris multisque indoctis, inter quos etiam mihi, sit necessarius »,[12] brevi volumine complicans Patrum sententias, appositis eorum testimoniis, ut non sit necesse quaerenti librorum numerositatem evolvere, cui brevitas collecta[13] quod quaeritur offert sine labore. « In hoc autem tractatu non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maxime ubi profunda versatur veritatis quaestio, quae utinam tot haberet inventores, quot habet contradictores ».[14] Ut autem quod quaeritur facilius occurrat, titulos, quibus singulorum librorum capitula distinguuntur, praemisimus.

have embraced an approach for demonstrating the truth and have not inserted[10] the danger of an impious profession, using a temperate means of guidance among both. But if our voice has sounded out at little anywhere,[11] it has not departed from the limits of the Fathers. « Therefore this labor ought not seem superfluous to anyone learned sluggishly or much, since for many diligent and many unlearned (men), among whom even for myself, it is necessary »,[12] that one compile the sentences of the Fathers in a brief volume, with their appropriate testimonies, so that it is not necessary for one to seek to unroll numerous books, for whom a brief collection [brevitas collecta][13] offers what is sought without the labor. « Moreover in this tract I not only desire the pious reader, but also the free [i.e. unrestrained] corrector, most of all where a profound question of the truth is dealt with, which, one would wish, would have as many discoverers, as it has contradictors ».[14] Moreover so that what is sought may more easily come to meet (the reader), we have prefaced (this work with) the titles, by which the chapters of each of the books is distinguished.

---

[1] Solus cod. E hic addit *sibi*.
[2] II. Tim. 4, 4.
[3] Coloss. 2, 33; Vulgata: Quae sunt rationem quidem habentia in supersitione. Ceterae edd. et omnis codd. relativum *quae* supprimunt eiusque loco punctum ferunt post *coaptare*, dum Vat. ed ed. 4 legunt *coaptare, quae habent*.
[4] Vat. omittit *vel*, quod restituimus ex Hilario, ex omnibus codd. et edd., excepta 4. Mox pro *amiserit* legitur *amisit* in cod. D et *amiserat* in ed. 2. Utrumque respuunt cum Hilario ceteri codd. et edd.
[5] Codd. A B E et edd. 1, 8 male *omnium* pro *omni*.
[6] Codd. D E hic male praetermittunt praticulam *et*.
[7] Solus cod. D cum edd. 1, 2, 3, 5, 7, 8, 9 omittit *et*. Utraque lectio bona, sed facilior sine *et*.
[8] Respicitur Matth. 5, 15. — Mox deest *hoc* in codd. A B C et in edd. 1, 8. Deinde codd. D F *et quatuor libris* pro *in quatuor libris*.
[9] Cod. E *invenies*.
[10] Solummodo Vat. et ed. 4 *incerti* pro *inserti*.
[11] Edd. 2, 9, 10 *insonuerit*. Tum cod. B bene post *non* adiungit *tamen*; deinde cod. A *liminibus* pro *limitibus*.
[12] Ex August. de Trin. III. n. 1, quibusdam omissis et nonnullis additis; in quo textu superflue et contra originale codd. A B D E cum edd. 1, 4, 5, 6, 7 post *etiam* addunt *et*.
[13] In Vat. ac edd. 3, 4, 5, 6, 7, 9 nec non cod. A desideratur *collecta*. Paulo ante legitur *revolvere* pro *evolvere* in ed. 1.

---

[1] Only codex E reads *of the things pleasant to themselves* [sibi placentium].
[2] 2 Tim. 4:4.
[3] Col. 2:33; in the Vulgate: Which are indeed possessing a reason in superstition. The rest of the editions and all the codices suppress the relative *which* [quae] and in its place put a period after *desired* [coaptare], while the Vatican text and edition 4 reads *desired, which have* [coaptare, quae habent].
[4] The Vatican text omits the *even* [vel], which we have restored from St. Hilary, as quoted in all the codices and editions, excepting n. 4. Then for *has lost* [amiserit] codex D reads *has lost* [amisit] and edition 2 *had lost* [amiserat]. The rest of the codices and editions together with St. Hilary reject both of these readings.
[5] Codices A B and E and editions 1 and 8, have badly *with mendacity of all words* [omnium verborum mendacio] for *with every mendacity of words* [omni verborum mendacio].
[6] Codices D and E wrongly repeat *and* [et] at this point.
[7] Only codex D with editions 1, 2, 3, 5, 7, 8 and 9 omit *both* [et] here. Both readings are good, but it is easier to read without the *both* [et: since the parallel construction of <u>et . . .et</u> normally does not use <u>atque</u> as a substitute, as is done here].
[8] A reference to Mt. 5:15. — Then *this* [hoc] is lacking in codices A B and C and in editions 1 and 8. Then

[14] Paulo aliter apud August. ibid. n. 2, cuius integer locus, cum sit brevis, describitur: Sane cum in omnibus litteris meis non solum pius lectorem, sed etiam liberum correctorem disederem, multo maxime in his, ubi ipsa magnitudo quaestionis, utinam tam multos inventores habere posset, quam multos contradictores habet.

codices D and F have *and by four books* [et quatuor libris] in place of *in four books* [in quatuor libris].
[9] Codex E has *you shall find* [invenies].
[10] Only the Vatican text and edition 4 have *uncertain* [incerti] here in place of *inserted* [inserti].
[11] Editions 2, 9 and 10 have *will have sounded out* [insonuerit]. Then codex B does well to add *however* [tamen] after *not* [non].
[12] From St. Augustine's On the Trinity, Bk. III, n. 1, with certain words omitted and not a few added; in which text codices A B D and E together with editions 1, 4, 5, 6 and 7 superfluously, and contrary to the original, add *and* [etiam] before *even* [et].
[13] In the Vatican text and editions 3, 4, 5, 6, 7, and 9 and also in codex A *collection* [collecta] is lacking. A little before this edition 1 has *revolve* [revolvere] in place of *unroll* [evolvere].
[14] In St. Augustine's text, ibid., n. 2, this appears slightly different: Since in all my letters I would reasonably desire not only the pious reader, but also the unrestrained corrector, most of all in those, where the very magnitude of the question, could, one would wish, have as many discoverers, as it has many contradictors.

S. Bonaventurae Bagnoregis
S. R. E. Episc. Card. Albae atque Doctor Ecclesiae Universalis

Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum

Magistri Petri Lombardi, Episc. Parisiensis

COMMENTARIUS IN PROLOGUM MAGISTERI

DIVISIO TEXTUS AC DUBIA

Opera Omnia S. Bonaventurae,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol 1, pp. 22-25.
Cum Notitiis Originalibus

DIVISIO TEXTUS

St. Bonaventure of Bagnoregio
Cardinal Bishop of Alba & Doctor of the Church

Commentaries on the Four Books of Sentences

of Master Peter Lombard, Archbishop of Paris

COMMENTARY ON THE PROLOGUE OF MASTER PETER

DIVISION OF THE TEXT AND DUBIA

Latin text taken from **Opera Omnia S. Bonaventurae**,
Ad Claras Aquas, 1882, Vol. 1, pp. 22-25.
Notes by the Quarrachi Editors.

DIVISION OF THE TEXT

Totali libro praemittit Magister prologum, in quo tangit causas suscepti operis. Dividitur autem in duas partes. In prima parte ponit rationes, quae moverunt[1] ipsum ad aggrediendum praesens negotium sive opus; in secunda rationes, quae debent movere disciplulos ad benigne audiendum, ibi[2] circa finem: *In quo maiorum etc.*, ubi incipit alloqui auditores.

To the entire book Master (Peter) prefaces a prologue, in which he touches upon the causes of undertaking this work. Moreover it is divided into two parts. In the first part he posits the reasons, which moved[1] him to approach [aggrediendum] the present business or work; in the second the reasons, which ought to move students to hear (him) kindly, there[2] near the end: *In which you shall again find etc.* , where he begins to speak to (his) listeners.

Prima pars dividitur iterum in duas, quia duplex ratio potest movere aliquem ad opus faciendum, scilicet *amor boni* et *odium mali*. *Primo* ergo ponit rationes sumtas ex parte *amoris boni*, scilicet catholicae veritatis. *Secundo* ex parte *odii mali*, scilicet haereticae pravitatis, ibi: *Quamvis non ambigamus* etc. Prima pars habet quatuor particulas. In prima tangit[3] causam excitantem; et haec est desiderium mercedis et spes auxilii sub exemplo viduae et parabola Samaritani. In secunda ponit causam retrahentem, quae duplex est, scilicet laboris immensitas et propria infirmitas, ibi: *Delectat nos* etc. In tertia ponit causam ipsum[4] propellentem, et haec est zelus ipsum accendens, ibi: *Quam vincit zelus* etc. In quarta ponit causam compellentem et praevalentem, ibi: *Non valentes* etc., et haec est petitio fratrum studiosorum, quibus non potest quis iure resistere, sed quodammodo necessario oportet collum subiicere.

